

**LIBER IUDICIORUM**

SIVE

**LEX VISIGOTHORUM**

EDITA AB RECESSVINDO REGE c. a. 654.

RENOVATA AB ERVIGIO REGE a. 681.

ACCEDUNT LEGES NOVELLAE ET EXTRAVAGANTES.

---

*Recc.* = *Forma Recessvindiana.*

*Erv.* = *Forma Ervigiana.*

*Nov.* = *Novellae leges.*

*Extr.* = *Extravagantes.*

# LIBER IUDICIORUM.

## DE INSTRUMENTIS LEGALIBUS.

### LIBER PRIMUS.

I. Titulus: De legislatorem.

5 II. Titulus: De lege.

## DE NEGOTIIS CAUSARUM.

### LIBER SECUNDUS.

I. Titulus: De iudicibus et iudicatis.

10 II. Titulus: De causarum exordiis.

III. Titulus: De mandatoribus et mandatis.

15 III. Titulus: De testibus et testimoniis.

V. Titulus: De scripturis valitulis et infirmandis hac defunctorum voluntatibus  
conscriptibendis.

## DE ORDINE CONIUGALI.

### LIBER TERTIUS.

I. Titulus: De dispositionibus nuptiarum.

15 II. Titulus: De nuptiis inlicitis.

III. Titulus: De raptu virginum vel viduarum.

20 III. Titulus: De adulteriis.

V. Titulus: De incestis et apostatis adque masculorum concubitoribus.

VI. Titulus: De divortiis nuptiarum et discidio isponsorum.

## DE ORIGINE NATURALI.

### LIBER QUARTUS.

I. Titulus: De gradibus.

25 II. Titulus: De successionibus.

III. Titulus: De pupillis et eorum tutoribus.

III. Titulus: De expositis infantibus.

V. Titulus: De naturalibus bonis.

*Inscriptio LIBER IUDICIORUM erat in solo codice R 1. De aliis inscriptionibus huius legum codicis*  
30 *LIBER IUDICUM et FORUM IUDICUM v. praefationem nostram. — Ad conspectum librorum et titulorum  
adhibui Codd. R 1. 2. E 1. 2. l. 2. 3. De — primus evan. R 1. || l. 4. legislatore R 2. E 1; legibus  
latore E 2; legibus latorem E 2.*

*l. 6. 7. De — secundus evan. R 1. || l. 12. hac] ac R 2. E 1.*

*l. 14. 15. De — tertius evan. R 1. || l. 18. raptoribus E 2. 2\*. || l. 20. atque R 2. E 1. concubi-*  
35 *tores R 2; concubitorum E 2. || l. 21. dibortiis E. discidi isponsorum E 2. sponsorum E 1. 2\*;*  
*sponsarum R 2.*

*l. 22. 23. De — quartus evan. R 1. || l. 28. V. Tit. — bonis evan. R 1.*

*Recc. Err.]*

## DE TRANSACTIONIBUS.

## LIBER QUINTUS.

- I. Titulus: De ecclesiasticis rebus.
- II. Titulus: De donationibus generalibus.
- III. Titulus: De patronorum donationibus.
- IV. Titulus: De commutationibus et venditionibus.
- V. Titulus: De commendatis et commodatis.
- VI. Titulus: De pigneribus et debitibus.
- VII. Titulus: De libertatibus et libertis.

5

## DE SCELERIBUS ET TORMENTIS.

10

## LIBER SEXTUS.

- I. Titulus: De accusationibus criminisorum.
- II. Titulus: De maleficiis et consolentibus eos adque beneficis.
- III. Titulus: De executientibus partum hominum.
- IV. Titulus: De contumelio, vulnere et debilitatione hominum.
- V. Titulus: De cede et morte hominum.

15

## DE FURTIS ET FALLACIIS.

## LIBER SEPTIMUS.

- I. Titulus: De indicibus furti.
- II. Titulus: De furibus et furtis.
- III. Titulus: De usurpatoribus et plagiatoribus mancipiorum.
- IV. Titulus: De custodia et sententia damnatorum.
- V. Titulus: De falsariis scripturarum.
- VI. Titulus: De falsariis metallorum.

20

## DE INLATIS VIOLENTHIS ET DAMNIS.

25

## LIBER OCTAVUS.

- I. Titulus: De invasionibus et direptionibus.
- II. Titulus: De incendiis et incensoribus.
- III. Titulus: De damnis arborum, ortorum et frugum quarumcumque.
- IV. Titulus: De damnis animalium vel diversarum rerum.
- V. Titulus: De pascendis porcis et animalibus denuntiandis errantibus.
- VI. Titulus: De apibus et eorum damnis.

30

## DE FUGITIVIS ET REFUGIENTIBUS.

## LIBER NONUS.

- I. Titulus: De fugitivis et occultatoribus fugamque preventibus.
- II. Titulus: De his, qui ad bellum non vadunt aut de bello refugiunt.
- III. Titulus: De his, qui ad eclesiam confugiunt.

35

*l. 1. 2. De — quintus evan. R 1. || l. 6. vend.] vindictionibus R 2; bindictionibus E 2.*

*l. 10. isceleribus R 1. || l. 13. consolentibus R 1. adque beneficis des. R 1; a. de v. R 2. || l. 14. iseu-*  
*tientibus R 1; escentientibus E 2. partu R 1. || l. 15. contumelioso R 1. debilitate E 1.* 40

*l. 17. falsariis R 1. || l. 20. furibus] furis E 1. || l. 23. iscripturarum E 2.*

*l. 25. 26. De — octavus evan. R 1. || l. 29. ortum R 2. E 1. || l. 31. denuntiantis R 1. et add.*  
*R 2. E 1.*

*l. 35. prevenientibus E 1; prebenientibus E 2. || l. 36. bello] bellum R 1. || l. 37. confugium*  
*faciunt R 2. E 1; refugium faciunt E 2.* 45

***Recc. Erv.] DE DIVISIONIBUS ET ANNORUM TEMPORIBUS ADQUE LIMITIBUS.*****LIBER DECIMUS.**

- I. Titulus: De divisionibus et terris ad placitum datis.
- II. Titulus: De quinquagenarii et tricennalis temporis intentione.
- III. Titulus: De terminis et limitibus.

**DE EGROTIS ET MORTUIS ADQUE TRANSMARINIS NEGOTIATORIBUS.****LIBER UNDECIMUS.**

- I. Titulus: De medicis et egrotis.
- II. Titulus: De inquietudine sepulcrorum.
- III. Titulus: De transmarinis negotiatoribus.

**DE REMOVENDIS PRESSURIS ET OMNIUM HERETICORUM SECTIS EXTINCTIS.****LIBER DUODECIMUS.**

- I. Titulus: De temperando iudicio et removenda pressura.
- II. Titulus: De omnium hereticorum adque Iudeorum cunctis erroribus amputandis.
- 15 **Recc. deest.** | **Erv.]** III. Titulus: De novellis legibus Iudeorum, quo et vetera confirmantur et nova adiecta sunt.

*l. 1. et deest R 2. E 1. annorum et R 2; ann. deest E 2. atque R 2. E 1 est ita infra. || l. 2. X R 1.  
 l. 4. quinquagenariis R 2. E 2; quinquaginarii R 1. tricennarii R 1; trecennalis E 2. temporibus R 1.  
 E 2. int.] intentione R 1.  
 20 l. 7. XI R 1. E. || l. 9. inquietudine R 2.  
 l. 11. hereticorum R 2. E 2. extinctis deest R 1. || l. 12. XII R 1. E. || l. 13. iudicium E 1. || l. 14. hereticorum R 2; e. sectis extinctis E 2. erroribus R 1. III. Tit. — sunt] R 2. E. || l. 15. Iudeorum E 1.*

## LIBER PRIMUS.

### I. TITULUS: DE LEGISLATORE.

- I. Quod sit artificium condendarum legum.
- II. Quo modo uti debeat artifex legum.
- III. Quid requirendum est in artifice legum.
- III. Qualis erit in vivendo artifex legum.
- V. Qualis erit in consiliando artifex legum.
- VI. Qualis erit in eloquendo artifex legum.
- VII. Qualis erit in iudicando artifex legum.
- VIII. Qualis in publicis, qualis in privatis erit artifex legum.
- VIII. Quod dare debeat legibus disciplinam artifex legum.

#### I, 1, 1. I. Quod sit artificium condendarum legum.

Salutare daturi in legum contemtione preconium, ad nove operationis formam antiquorum istudiis novos artus aptamus, reserantes virtutem tam formande legis quam peritiam formantis artificis. Cuius artis insigne ex hoc decentius enitere probabitur, si non ex coniectura trahat formam similitudinis, sed ex veritate formet speciem sanctionis, neque sillogismorum acumine figuratas in primat disputationis, sed puris honestisque preceptis modeste statuat articulos legis. Etenim ut ars operis huius se in hac dispensatione conponat, ordo magne ratiocinationis exoptat. Namque cum experimenta rerum manus tenet artificis, ad dispositionem forme frustra queritur investigatio rationis. In improvisis certe acuta expedit se ratio indagatione cognosci; in non ignotis autem experimento faciendi se properat reserari. Latentis ergo rei quia species

LIB. I. *Ad hunc librum adhibui codices R 1. 2. E 1. 2. V 1—5; ceterorum singula tantum annotavi.*  
l. 1. DE I. L.] DE LEGISLATORE R 2; *inscr. deest omnino R 1.* || l. 2. INCIPIENT CAPITULATIONES 25  
DE LIPRO PRIMO R 1.

TIT. I. l. 3. LEGISLATORES R 1; LEGISLATORUM E 1; LEGIBUSLATOREM E 2; LIBER PRIMUS etiam hic add. R 2. || l. 4. *Index capitulorum deest R 2.* Quid E 1. || l. 5. debet R 1. || l. 7. vivendo E 1; bibendo E 2. || l. 9. erit deest R 1. eloquendum R 1. || l. 10. iudicandum R 1. || l. 12. Sequitur continuo index capitulorum tituli II. R 1.

I, 1, 1. l. 13. Quid E 1. || l. 14. contemtione pro contentione R 2. E 2; contentionem R 1; constitutionem E 1; constitutione V. novam E 1. Pith. || l. 15. istudiis] ita E 2; studiis R 2. E 1; histius R 1. reservantes R 1. 2. || l. 16. formatis R 1. probitur R 1. || l. 17. ex coniecturam R 1; ex coniunctura E 2; ixet ni hectura R 2. traat E 2. V 3; tradat R 1; trauat R 2. format spatriem R 1; f. especiem R 2. || l. 18. silogismorum agumine R 1; ullogis firmorum acumine R 2; syllogismorum a. E 1; sigillogismorum a. E 2. disputationis] disperationis R 1; admirationis R 2. || l. 19. istatuat E 2; instatut R 2. articulis R 1. || l. 20. rationationis V 1. exobtat E. V 2. cumqz R 1. || l. 22. acute R 1. l. 23. experimenta E. reservari R 2; reserbari E 2. quia] si V 2. 8.

1) *Haec inscriptio inepte ex Isidoro, Etymolog. V, 24 rub., recepta est.*

*Recc. Err.]* ignoratur, non inmerito considerationis ordo requiritur. Cum vero expertos I, 1, 1. usus in speculo visionis fides veritatis adducit, non iam materia forme ratiocinationem dieti, sed operationem facti deposit. Unde nos, melius mores quam eloquia ordinantes, non personam oratoris inducimus, sed rectoris iura disponimus.

5 II. Quo modo uti debeat artifex legum. I, 1, 2.

Formandarum artifex legum non disceptatione debet uti, sed iure; nec videri congruum sibi contentione legem condidisse, sed ordine. Ab illo enim negotia rerum non expetunt in teatrali fabore clamorem, sed in exoptata salvatione populi legem.

III. Quid requirendum est in artificem legum. I, 1, 3.

10 Tunc primo requirendum est, ut id, quod inducitur, possibile credatur. Novissime ostendendum, si non pro familiari compendio, sed pro utilitate populi suadetur, ut appareat eum, qui legislator existit, nullo privatim commodo, sed omnium civium utilitati communi motum presidiumque oportune inducere.

III. Qualis erit in vivendo artifex legum. I, 1, 4.

15 Erit consequenter idem lator iuris hac legis mores eloquiis anteponens, ut contentio illius plus virtute personat quam sermone. Sicque quod dixerit amplius factis quam dictis exornet<sup>1</sup> priusque promenda compleat, quam inplenda depromat.

V. Qualis erit in consiliandum artifex legum. I, 1, 5.

Erit in adventione Deo sibique tantummodo conscius, consilio probis et parvis admixtus, adsensu civibus populisque communis, ut alienae provisor salutis commodius ex universali consensu exerceat gubernaculum, quam ingerat ex singulari potestate iudicium.

VI. Qualis erit in eloquendo artifex legum. I, 1, 6.

Erit concionans eloquio clarus, sententia non dubius, evidenter plenus, ut, quidquid ex legali fonte prodierit, in rivulis audientium sine retardatione decurrat, totumque qui audierit ita cognoseat, ut nulla hunc difficultas dubium reddat.

I, 1, 1. l. 1. expertis husus R 1; expertos usos R 2. || l. 2. materies V 1; matheriam V 2. ratiocinante R 1; ratiocinatione V 2. || l. 4. persona R 1.

I, 1, 2. l. 5. debet R 1. || l. 6. F. ergo R 2. E 1; Firmandarum R 1. disceptationem V 2. videre R 1. || l. 7. sive R 1. contentionem R 1; contentionem R 2; contione E 2. Ab deest R 1. negotio R 1. || l. 8. clamore R 1. exobtata E. V 4. ponere populi E 1. lege R 1; lege manifesta E 2; legem manifestam V 1. 2. 5. 8. 20. Pith.; legem salvatione populi manifestam V 4.

I, 1, 3. l. 9. artifice R 2. E. V. || l. 10. primum E. V 1. 2. 4. Pith. indicitur R 2. E 1. Mad. reddatur R 1. || l. 11. ostendendum E; ostendum R 1; hostendatur R 2. utilitate R 1. suadendum R 1. || l. 12. privati E 1. V 1. 2. 3; privatum R 1. comodo R 2. E 1. V 1; quomodo V 3. utilitatem R 1. || l. 13. com. m.] muni. motum R 1; communi metu V 1; communi metu V 2; com(m)unitamentum V 3. 4. 5. Edd.

I, 1, 4. l. 14. bibendo E 2; videndo R 2. E 1. || l. 15. conqueraster R 1. contentio] ita R; contentio E 2. V 1. 4; cunctio V 3; conscientia V 2; conditio V 15. 20; constituti E 1; constitutio Pith. in m., Lind. || l. 16. persone R 2; consonet R 1. id quod E 1. || l. 17. depromat] deponat R 1; deest R 2.

I, 1, 5. l. 18. consiliandum] ita R 1. E 2; consiliando R 2. E 1. || l. 19. adventione] ita R 1. E 1. 2. V 2. 3; corr. adinventione R 2; adinventione V 1. 4. 5. sibique] siuntique R 1; sibusque R 2. consilia providus R 2. parvis] paucis Pith. in m., Lind. || l. 20. populis adque R 1; populique E 1. commodus R 1; commodis V 2. || l. 21. gubernacula R 1.

45 I, 1, 6. l. 24. contionans E 2. V 2; contentiones corr. contentionens E 1; consonans V 2. 4. l. 25. ex] es R 2. prodiderit R 2. E 1. 2. 2\* in m., V 17 in m., Pith. in m. rivolis E 2\*. recurrit V 1. 2. 5; recurrit V 4. Pith. || l. 26. que R 2; quod V 1. 2. 4.

1) Cf. Isidori Sent. III, 49, 2: formam iustitiae factis magis verbis instituit.

**I, 1, 7. Recc. Erc.] VII. Qualis erit in iudicando artifex legum.**

Erit iudicans in indagando vivax, in preveniendo fixus, in decernendo non anxius, in percutiendo parcus, in parcendo adsiduus, in innocente vindex, in noxio temperatus, in advena sollicitus, in indigena mansuetus. Personam tantum nesciat accipere, quanto et contemnet eligere. 5

**I, 1, 8. VIII. Qualis in publicis, qualis in privatis erit artifex legum.**

Erit quecumque sunt publica patrio recturus amore, quecumque privata erili dispensatur ex potestate, ut hunc universitas patrem, parvitas habeat dominum, sique diligatur in toto, ut timeatur in parvo, quatenus et nullus huic servire paveat, et omnes amorem eius morte compensandum exoptent. 10

**I, 1, 9. VIII. Quod dare debeat legibus disciplinam artifex legum.**

Tunc deinde sciet in hoc maxime istare gravitatis publice gloriam, si det ipsis legibus disciplinam. Nam cum salus tota plebium in conservando iure consistat, leges ipsas corrigere debet ante quam mores. Veniunt enim, ut cuique libet, in contentionem, leges pro arbitrio suo ferunt, induunt sibi fictam de grabitate hac pudore personam; adeo ut sit illis lex publica, dishonestas privata, sique obtentu legum contraria legibus adoperiunt, qui vigore legis obvia legibus evellere debuerunt. 15

**II. TITULUS: DE LEGE.**

- I. Quid observabit legislator in legibus suadendis.
- II. Quid sit lex.
- III. Quid agit lex.
- IV. Qualis erit lex.
- V. Quare fit lex.
- VI. Quod triumphet de hostibus lex.

**I, 2, 1. I. Quid observabit legislator in legibus suadendis.**

Item in suadendis legibus erit plena causa dicendi, non ut partem orationis meditandi videatur gratia obtinere, sed desideratum perfectionis obtinuisse laborem. In earum namque formationibus non sofismata disputationis, sed virtutem iuris mavult

I, 1, 7. l. 1. in] iudicio add. R 2. || l. 2. Erit populo alloquitur i. E 1. indicando R 1. perveniendo R 2. E 2; praeviendo E 1. V 17. Pith. discernendo E 2. non deest R 1. || l. 4. in advena — mansuetus des. R 1. indegena pro in indigena R 2. personas R 1. tanto E. nesciet R 1. || l. 5. contendit E 2. heligere R 1. 25

I, 1, 8. l. 7. publica — privata E; publica patria q. p. R 1; publica patrii erectus a. q. privata R 2. erili dispensatur] ita V 1. 2; herili d. E 1. Edd.; birili d. E 2; erit pensaturus R 1; erit illi dispensaturus R 2. || l. 8. patruitas R 1. || l. 9. nt] deest R 2; al. man. post add. E 2. V 1. || l. 10. eius melius R 1. mortem R 1. E 1. 35

I, 1, 9. l. 12. Tum E 1. V 2. Pith. istare] ita R; stare E. V. si det ipsis] sit et ipse E 1; si det et ipsis Pith. || l. 13. conservando] ita R 1. V 1. 2. alii; consecrando E 2 et e corr. R 2; considerando E 1 et fortasse olim R 2. || l. 14. debeat R 1. cuicunque E 2. V 2. 3. 15. Pith.; qui- cumque E 1. contentionem] ita E 1. V 1; contentionem R 2; contemptionem V 2; contentionem E 2; 40 contentionem Edd.; concionem R 1; concione V 3; tencione V 4; constitutionem V 15. || l. 15. fuerunt R 1. fincta E 2; finctam V 1. 2. de g.] ita R 1. E 2; de gravitate E 1; divinitate R 2. pudere R 1. l. 16. adeo ut sit illis] adecit illi R 1. dishonesta V 2. 2\*. 4. || l. 17. obviam R 1.

TIT. II. l. 19. Index capitulorum, indici tituli I. subiectus in R 1, deest omnino R 2. V 1. || l. 24. Quid V 2. 2\*. 3. triumfat E 2. V 3. 45

I, 2, 1. l. 26. leg. suad. R 1. plenus R 1. parte R 1. meditandi deest R 1. || l. 27. obtainere — sofismata] in V 3 deleta. || l. 28. quoque V 2. 2\*. sofismata] ita E 2; sofismata R 2; sunt firmata R 1; sophismata E 1. magis vult V 2.

*Ieccc. Err.*] causa discriminis. Queritur enim illic non, quid contentio dicat, sed quid actio I, 2, 1. promat, quia et excessus morum non coercendi sunt cuturno locutionum, sed temperamento virtutum.

## II. Quid sit lex.

I, 2, 2.

5 Lex est emula divinitatis, antestis religionis, fons disciplinarum, artifex iuris, boni mores inveniens adque conponens, gubernaculum civitatis, iustitie nuntia, magistra vite, anima totius corporis popularis.

## III. Quid agit lex.

I, 2, 3.

Lex regit omnem civitatis ordinem, omnem hominis etatem, que sic feminis datur ut maribus, iuventute complectitur et senectute, tam prudentibus quam indoctis, tam urbanis quam rusticis fertur, que summum salutis principum hac populorum culmen obtinet, et cum manifesto preclaroque preconio in modum lucidissimi solis effulgit.

## III. Qualis erit lex.

I, 2, 4.

Lex<sup>1</sup> erit manifesta nec quemquam in captionem civium devocabit. Erit secundum naturam, secundum consuetudinem civitatis, loco temporeque conveniens, iusta et equabilia prescribens, congruens, honesta et digna, utilis, necessaria, in qua prevendum est ex utilitate, que pretenditur, amplius commodi, amplius iniquitatis oriatur, ut dinosci possit, si plus veritati prospiciat publice, quam religioni videatur obesse, an et si honestatem tuetur et non cum salutis periculo arguit.

## V. Quare fit lex.

I, 2, 5.

Fieri<sup>2</sup> autem leges hec ratio cogit, ut earum metu humana coercentur improbitas, sitque tuta inter noxios innocentium vita, atque in ipsis improbis formidato suppicio frenetur nocendi presumptio.

I, 2, 1. l. 1. enim] etiam V2. illio R1. contemtio E2. || l. 2. cohercendi E1. V2\*; quoer-  
25 cendi E2. V2; cernendi E2. coturno V1. 2. 2\*; cothurno V4. 5. Edd. in temperamentum R1; tem-  
perare R2, ubi virtutum deest.

I, 2, 2. l. 5. Rerum emula divitatis R1. antestis] deest R1; antistitis E1. V3; antistis V2;  
antistes V1. 4. 5. bonis V3; bonos Mad. || l. 6. nunciatrix V1. 2. 2\*. 4. 5. 17. Pith.

I, 2, 3. l. 8. sit R1. || l. 9. regit] agit V17. Pith. hominem E1; hominem V3. civitatem R1.  
30 omnem hominis] inde ab his verbis deest hoc caput V3, ubi sequitur: in statu salutari etc. ut infra in cap. 6;  
omnemque h. V5. 17. Pith. || l. 10. iuuentutem E2. V1. 2. 4. cett. senectutem E2. V1. 2. 4. cett.  
l. 11. que s.] quesumus R1. principium E2. V1. 2. 2\*. Pith. || l. 12. manifestat R1. effulget E. V;  
effugit corr. effulget R2.

I, 2, 4. l. 13. deest R1. || l. 14. captionem] ita R1. E; captione R2. V. Erit enim V1. 2. 2\*. 5;  
35 Erit etiam V17. Pith. || l. 15. naturam et s. V1. temporeque R1. || l. 16. et equi] aequaliaque R2;  
et e. corr. et equabilia E2; et deest V3. perscribens R1. congr. concubens R1. et deest V1.  
hutilis R1. || l. 17. est add. al. m. E2; deest V3. hutilitate R1. amplius — amplius] ita R1. 2.  
E1. 2. V2\*; amplius — an amplius V4; intelligendum est: an plus — an plus, quod praebent V1. 2  
(an plus semel tantum). 3. 5. Edd. comodi E2. V4; quomodi V3. || l. 18. veritatem R1; utilitati  
40 V2\*. 17 (in m.). rel.] regio R1; regioni V15. 17 (in m.). videbatur V2\*; videtur V3. an et si]  
al. m. corr. haec si et E2; ac si V17; ac sie Pith. || l. 19. honestate R1. tuetur] ita R1. E1. V3;  
corr. al. m. tueatur E2; tueatur R2. V1. 2. cett. arguit] ita R. E1. V5; arguat E2. V1. 2. cett.

I, 2, 5. l. 21. hec ratio] et ratio R1; ratio illa R2. E1. V3. earum] iterum R1. cohercetur  
V1. 2\*; quohercetur E2. V3. inpropitas R1; inproposita R2. || l. 22. sique R1. inprobis] impiis E1.

45 1) *Hoc caput magna ex parte ad verbum convenit cum Isidori Etymol. II, 10, 6 =*  
*V, c. 21.* 2) *Ad verbum fere convenit hoc caput cum Isidori Etymol. II, 10, 5 =*  
*V, c. 20.*

I, 2, 6. *Recc. Erv.]*

## VI. Quod triumphet de hostibus lex.

His in domestica pace ita perfectis, totaque primo a principibus, secundo a ci-  
vibus, exhinc a populis et a domo iurgiorum peste seclusa, eundum est in adversis  
et obviandum hostibus potentialiter ac fidenter, tanto in externis spe fida victorie,  
quanto nil erit, quod ex internis formidari valeat aut timeri. Pacis enim oleo et 5  
legum vino tota plebium massa in statu salutari concreta exeret hostibus indevictos,  
unde inlesos artus, producentur iustis adiuta legibus tela. Eruntque viri melius equi-  
tate quam telo muniti, ut contra hostem ante iustitiam dirigat princeps, quam vibret  
spicula miles. Felicior iam tunc illa principis congressio erit, quam domestica equitas  
anteibit; quia et severiores erunt in hostium populatione mucrones, quos de domibus 10  
modeste produixerint leges. Experimentum enim naturalis est rei, ut iustitia illa con-  
fodiat hostem, que tutaverit civem et externam inde perimat litem, unde suorum  
interna possederit pacem. Sicut ergo modestia principum temperantia est legum, ita  
concordia civium victoria est hostium. Ex mansuetudine etenim principum oboritur  
dispositio legum, ex dispositione legum institutio morum, ex institutione morum con- 15  
cordia civium, ex concordia civium triumphus hostium. Sicque bonus princeps, interna  
regens et externa conquirens, dum suam pacem possidet et alienam litem obrumpit,  
celebratur et in civibus rector et in hostibus vicit, habiturus post labentia tempora  
reliquum sempiterna, post luteum aurum celestem regnum, post diadema et purpuram  
gloriam et coronam; quin pocius nec deficiet esse rex, quoniam, dum regnum terre 20  
relinquit et celeste conquirit, non erit amisisse regni gloriam, sed ausisse.

I, 2, 6. l. 1. Quid E 1. Pith. || l. 2. ita deest R 1. civibus] principibus R 1. || l. 3. eundem  
R 1. V 2; secundum R 2. || l. 4. ac fidenter] des. R 1; hac f. R 2. || l. 5. quantum R 1. nil] ita R 1;  
nee R 2; nihil nichil cett. ex internis] in externis E 1. V 2. 3; externis R 2. formidare R 1. Pacis]  
facies R 1. holeo R 1; || l. 6. vinum R 2. statu] istatu R 1. exeret] i. e. exseret; exheret R 1; 25  
exerceat V 1. 14. hostes V 1. 2. 8. indevictos] ita R 2; indevictus R 1; inde esse vicitos V 2; indevictis  
V 2\*. 5; inde invictos E. V 4; inde invictis V 3. || l. 7. artos R 2. producere videntur V 1. 4. 5;  
p. videtur V 2. 17. || l. 8. ut deest V 1. 2\*. hoste R 1; hostes V 1. diridirigat R 1. || l. 9. specula E.  
quam d.] quando domestica R 1; quando mistica E 2. || l. 10. severiores] ita R 1. E 1. V 3. 15. 16;  
seniores R 2; seviores corr. al. m. severiores E 2; saeviores V 1. 2. 4. 5. Pith. populationem R 1. 30  
quod R 1. || l. 11. legis R 1. || l. 12. cive R 1. externa R 1. lite R 1. || l. 13. Sieut] Si V 3 (Sicut V 3\*).  
principium E 2. V 1. || l. 14. Ex] et R 1. mansuetudinem R 1. E 2. || l. 16. sique R 1. || l. 17. obrum-  
pit] ita R 1. V 1. 3. Pith.; amrumpit R 2; abrumpit E. V 2. 4. 5. || l. 18. abiturus E. V 3\*. || l. 19. sem-  
piternam E. V. celestem] ita R; celeste E. V. diademam R 1. || l. 20. terre] ita R. E 1. V 3; terrenum  
E 2. V 1. 2. 4. cett. || l. 21. relinqu] ita R 2. V 2. 2\*; reliquid R 1; relinqu E. V 1. 3. cett. admisisse 35  
R 1. ausisse] ita pro auxisse R; ausisset E 2; auxisse E 1. V.

*Recc. Erv.]*

## DE NEGOTIIS CAUSARUM.

### LIBER SECUNDUS.

#### I. TITULUS: DE IUDICIBUS ET IUDICATIS.

*Recc.] I. Quod et regia potestas et popu-*  
5 *lorum universitas legum reverentie*  
*sit subiecta.*

II. *Quod nulli leges nescire liceat.*

III. *Quod antea ordinare oportuit*  
10 *negotia principum, postea popu-*  
*lorum.*

III. *De tempore, quo debeant leges*  
emendate valere.

*Erv.] I. De tempore, quo debeant leges*  
emendate valere.

II. *Quod tam regia potestas quam*  
populorum universitas legum reve-  
rentie sit subiecta.

III. *Quod nulli leges nescire liceat.*

III. *Quod antea ordinari oportuit*  
negotia principum, postea popu-  
lorum.

*Recc. Erv.] V. De principum cupiditate damnata eorumque initii ordinandis, et qualiter*  
conficiende sunt scripture in nomine principum facte.

15 VI. *De his, qui contra principem vel gentem aut patriam refugi vel insolentes*  
existunt.

VII. *De non criminando principem nec maledicendo illi.*

VIII. *De remotis alienarum gentium legibus.*

20 VIII. *Ne excepto talem librum, qualis hic, qui nuper est editus, alterum quisque*  
presumat habere.

X. *De diebus festis et feriatis, in quibus non sunt negotia exsequenda.*

XI. *Ut nulla causa a iudicibus audiatur, que legibus non tenetur.*

L I B. II. *Lemma: Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. l. 1. 2. INCIPIT LIB. II DE*  
N. C. V 5.

25 TIT. I. *Index capitulorum: Codd. R 1. 2. E 1. 2. l. 4. et — et] ita R. E 2; tam — quam E 1.*  
l. 5. *legum — subiecta des. R 2. || l. 8. ante E 1. ordinari R 2. E 1. oportebit E 2. || l. 9. negotia —*  
populorum *des. R 2. et postea E 1. || l. 13. et — facete des. R 2. || l. 15. refugi — existunt des. R 2;*  
refugi sive insolentes *ex. E 1; refugiunt vel insolentes ex. E 2. || l. 17. principe nec maledicendum*  
illi *E 1; principem nec maledicendum illum E 2. || l. 19. alterum — habere des. R 2. || l. 21. exse-*  
30 *quenda] exquirienda R 1; deest R 2. || l. 22. que — tenetur des. R 2. continetur E 2.*

- Recc. Erv.]* XII. Ut terminate cause nullatenus revolvantur, relique vero ad libri huius seriem terminentur, adiciendi leges principibus libertate manente.
- XIII. Quod nulli liceat dirimere causas, nisi quibus aut princeps aut consensio voluntatis potestatem dederit iudicandi.
- XIV. Quales causas debeant audire thiuphadi et qualibus personis causas audiendas iniungant.
- XV. Ut iudices tam criminales quam communes terminent causas. Pacis autem adsertores et sola regia potestas ordinet, et sic tantundem a rege commissa negotia iudicent.
- XVI. De damnis eorum, qui non accepta potestate presumserint iudicare. 10
- XVII. De his, qui admoniti iudicis epistula vel sigillo ad iudicium venire contemnunt.
- XVIII. Si iudex interpellantem audire contemnat, vel utrum fraudulenter an ignoranter iudicium promat.
- XIX. Si iudex aut per commodum aut per ignorantiam iudicet causam. 15
- XX. Si iudex dolo vel calliditate aut unam aut ambas causantium partes dispendia facit sustinere.
- XXI. Quid primo iudex servare debeat, ut causam bene cognoscat.
- XXII. Si cuiuscumque honoris aut ordinis iudex dicatur haberi suspectus, vel si iudex contra leges presumat dare iudicium. 20
- XXIII. Iudex qualiter faciat iudicatum.
- XXIV. De commodis adque damnis iudicis vel saionis.
- XXV. Quod omnis, qui potestatem accipit iudicandi, iudicis nomine censeatur ex lege.
- XXVI. Ut omne vinculum, quod post datum iniustum iudicium a causidicis fuerit exactum, habeatur invalidum. 25
- XXVII. Ut iniustum iudicium et definitio iniusta regio metu vel iussu a iudicibus ordinata non valeat.
- XXVIII. De data episcopis potestatem distringendi iudices nequiter iudicantes.
- XXIX. Ut iudex, si a quocumque fuerit pulsatus, noverit se petenti reddere rationem.
- XXX. De damnis iudicium aliena contingentium.
- XXXI. De his, qui regiam contemserint iussionem.

*l. 1. cause preterite R 2. relique — manente des. R 2. vero deest E 1. || l. 3. aut e. — iudicandi des. R 2. l. 4. bolumtatis E 2. || l. 5. audiri R 1. thiufadi R 2. E 1; theufadi E 2. et qualibus] quibus R 1; et — iniungant des. R 2. || l. 7. terminent] iudicent E 2; terminent — iudicent des. R 2. || l. 8. sic deest E 1. 2. l. 10. pres. iud. des. R 2; presumserint E 1. || l. 11. epistulam R 1; epistola R 2. E 1; epistolam E 2. vel sigillum R 1; vel — contemnunt des. R 2. contendunt R 1. || l. 13. vel — promat des. R 2. || l. 14. presumat R 1. || l. 15. causam deest R 1; iud. causam des. R 2. || l. 16. caus. — sustinere des. R 2. dispendium R 1. || l. 17. facit R 1; faciat E 2. || l. 18. Quod R 2. E 1. primum R 2. debet R 2. E 1. 40 corr. debeat E 2. ut — cogn. des. R 2. causa R 1. || l. 19. hordinis R 1. index — iudicium des. R 2. habere susceptum R 1. || l. 20. lege R 1. || l. 21. iudicium E 2. || l. 22. atque E 1; aliisque R 2. vel saionis des. R 2. || l. 23. Ut R 2. iudicis — lege des. R 2. || l. 25. a causidicis des. R 1; a — invalidum des. R 2. || l. 27. iniusta — valeat des. R 2. iussum R 1; iussu ad i. E 1. || l. 28. valeat] ita R 1; valeant E 1; baleant E 2. || l. 29. potestate R 2. E 1. distr.] admonendi E 1. iudices n. 45 iudicantes des. R 2. || l. 30. si deest E 2. a quocumque pulsans R 2. noverit — rationem des. R 2. l. 31. ratione R 1. || l. 32. continentium R 1. || l. 33. regia R 2. iussionem deest R 2.*

*Recc. Erv.]*

## IN NOMINE DOMINI.

*Recc. deest.  
(cf. II, 1, 5.)**Erv.]*

## I. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

II, 1, 1.

De tempore, quo debeant leges emendate valere.

Pragma suum emendatis legibus adsignantes, illud primum ordine prefationis et loco premittimus, quia, sicut legum evidentia populorum est excessibus utilis, ita sanctionum obscuritas turbat ordines equitatis. Nam plerumque, dum quedam bene ordinata nebuloso verborum tractu consistunt, ipsa sibi repugnantiam nutriunt, dum litigantium controversias lucide non excludunt, siveque, ubi debuerunt finem ferre calumniis, ibi novos contra se pariunt laqueos captionis. Hinc ergo diversitas caesarum exoritur, hinc controversie litigantium generantur, hinc etiam hesitatio iudicium nascitur, ita ut in finiendis vel compescendis calumniis habere terminum nesciant, que utique nutantia semper adprobantur et dubia. Et ideo, quia perstringi tota, que in controversiam veniunt, brevi complicatione non possunt, saltim vel ea, que in contionem pertractanda sese gloriosis nostre celsitudinis sensibus ingesserunt, ea in hoc libro specialiter corrigi et elimata probitatis sententia decrevimus ordinari — evidentia videlicet dubiis, prestantia noxiis, clementiora mortiferis, adapertioem clausis, perfectionem ceptis in primis institutis —, quo nostri regni populos, quos una et evidens pax nostri regiminis continet, hec deinceps institutio correctarum legum ordinandos adstringat atque retentet. Et ideo harum legum correctio vel novellarum nostrarum sanctionum ordinata constructio, sicuti in hoc libro et ordinatis titulis posita et subsequenti est serie adnotata, ita ab anno secundo regni nostri a duodecimo Kalendis Novembribus<sup>2</sup> in cunctis personis ac gentibus nostre amplitudinis imperio subiugatis innexum sibi a nostra gloria valorem obtineat, et inconcluso celebritatis oraculo valitura consistat\*.

\*) V 1. 2. 4. 5. 6 (*in m. al. m.*). 8. 15—20 add.: ut, sicut sublimi in trono serenitatis nostre celsitudine residente, videntibus cunctis sacerdotibus Dei senioribusque palatii atque gardingis, earum manifestatio claruit, ita earundem celebritas vel reverentia in cunctis regni nostri provinciis debeat observari.

l. 1. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. IN N. D. inter I. et FLAVIUS R. E 2.*II, 1, 1. *Erv. Codd. E 1. 1<sup>a</sup>. 2. V 1. 2 (inde ab: elimata). 3 (usque ad: hesitatio iudicium). 4. 5.*

6. 8. 15—20. l. 2. FLAVIUS — REX] des. V 1. 4. 5. ERVIGIUS] ita V 3. Mad.; ERVI E 2. V 6; deest E 1; RCDS V 17. Pith.; RECENSUINDUS V 19. || l. 3. De — valere] des. V 5. || l. 4. Praema E 1. atsignantes corr. ads. E 2. || l. 5. premittitur V 14. || l. 7. Nam corr. Namque E 2; Namque V 4. tractatu V 1. || l. 8. repugnantia V 1. || l. 9. luceidae E 1. calumpniis *hic et infra* V 1. l. 10. diversitas] adversitas E 1. 1<sup>a</sup>. || l. 12. esitatio E 2. composeendis E 2. || l. 14. dubiam E 1. quia deest E 2. prestringi E 2. || l. 15. concione V 1; contionem *al. m. corr. contemptionem* V 6; contionene V 4. 5. 17. Pith. pertr. sese] pertractandas esse E 2. || l. 16. nostre] non se E 1. 1<sup>a</sup>. ea in] et in V 1. || l. 17. probitati V 2. || l. 18. evidentiam E 1. 1<sup>a</sup>. noxious E 1. || l. 21. astringat E 1; constringat V 4. || l. 22. retemptet E 1. 1<sup>a</sup>; retemtet E 2. || l. 24. subsequenti E 2. seriae E 1; serię E 1<sup>a</sup>. ab anno] sub a. V 4. || l. 25. a duod.] ad undecimo V 4. Kalds E 2; Kalendarum Novembrium V 1. 4. 5. ac gentibus] a gentibus E 1. 1<sup>a</sup>. 2; a g. corr. al. m. ac g. V 6. || l. 27. inconclusu E 1. 1<sup>a</sup>. persistat V 1. l. 28. sublime V 1. 6. 17. in t.] des. V 1; in sublimi throno V 15. 19. || l. 29. videntibus] audientibus V 15. 19. || l. 30. earum] eorum V 2; omnique populo harum V 15. 19; o. p. earum V 17.

1) *Haec constitutio, ex parte ad exemplum legis Recessvindi regis II, 1, 5 scripta, est loco praefationis Libro iudiciorum ab Ervilio rege renovato. Cf. quae de ea disserui 'N. Arch.' XXIII, p. 494 sgg.* 2) *Est dies 21. Octobris a. 681, non, ut opinati sunt viri docti, a. 682.*

**II, 1, 1. Recc. deest.** | *Erv.] Leges sane, quas in Iudeorum excessibus nostra gloria promulgabit, ab eo tempore valituras esse decernimus, ex quo his confirmationem gloriosa serenitatis nostre renotatione impressimus<sup>1</sup>.*

**II, 1, 2. Recc. Erv.]** I. (II.) FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX.

*Quod tam regia potestas quam populorum universitas legum reverentie sit subiecta.*

Omnipotens rerum dominus et conditor unus<sup>2</sup>, providens commoda humane salutis, discere iustitiam habitatores terre, sacre legis sacrissimae decenter imperabat oraculis. Et quia solius tam immense divinitatis imperii hec cordibus inprimuntur humanis, convenit omnium terrenorum quamvis excellentissimas potestates illi colla submittere mentis, cui etiam militie celestis famulatur dignitas servitutis. Quapropter si obediendum est Deo, diligenda est iustitia; que si fuerit dilecta, erit instanter operandum in illa, quam quisque tunc verius et ardentius diligit, cum unius equitatis sententia cum proximo semetipsum adstringit. Grataanter ergo iussa celestia amplectentes, damus modestas simul nobis et subditis leges, quibus ita et nostri culminis clementia et succendentium regum nobitas adfutura una cum regimonii nostri generali multitudine universa obedire decernitur hac parere iubetur, ut nullis factionibus a custodia legum, que inicitur subditis, sese alienam reddat cuiuslibet persona vel potentia dignitatis, quatenus subiectos ad reverentiam legis inpellat necessitas, principis voluntas<sup>3</sup>. 20

**II, 1, 3. Recc. Erv.]** II. (III.) FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX.

*Quod nulli leges nescire liceat<sup>4</sup>.*

Omnis scientia sana ordinabiliter vitat ignorantiam execrandam. Nam cum

II, 1, 1. l. 1. quae E. promulgabit] ita E. i. q. promulgavit, quod praebent alii. || l. 2. baliaturus E 2. || l. 3. renovatione] renovatione E 1. 1<sup>a</sup>. V 1. 18; prenotatione V 19. impress.] confirmavimus 25 in praen . . . (al. m. ant. corr.: impressimus) V 5.

II, 1, 2. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 4. 5. (15—20). l. 4. FLAVIUS — REX] des. E 1. V 1. 5; F V 4. RECC.] RECCEADS R 1; RECCESUINTUS R 2; RCDS E 2. V 2. Pith.; RECESUINDUS V 19; RECHESVINCTUS Mad. || l. 5. populi R 1. || l. 7. Omnipotentis R 1. rerum] regum R 1; rex pro rer. E 1. || l. 8. saluti E 5. abitatoribus R 2; habitatores E 2. imperabat] ita R. E pro imperavit. || l. 9. Et] Set V 1. tam deest R 1. recordibus R 1. || l. 10. colla deest R 2. || l. 12. instanter] iterum R 1. || l. 13. quisque homo vel qualiscunque V 2. 4. || l. 14. semedipsum R 2. V 1. 2. adstringit R 1; adstringet E 1. || l. 15. modestias R 1; molestas R 2. novis R 1. || l. 16. succedendum R 1. nobitas] ita R 1. E 2; novitas R 2. E 1. V. regimini E 1; regiminis al. m. corr. regimonii E 2; regiminis V 17. 19. 20. || l. 17. hoberire R 1; oboedire E 1. ac E. ad custodia R 1; 35 accusandia pro a c. R 2. || l. 18. legum honestatisque E 1; honestatis legumque V 15. initititur E. subditis sese] subdidisse R 1; subditis esse E 2. || l. 19. quatinus R 1. subiectorum E 2. legis deest R 1. principis (= acc. plur.) R; principes al. m. corr. principis E 2; principisque E 1. V 1. 2. 4. 5.

II, 1, 3. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 4. 5. (15. 17. 18. 19). l. 21. NOVITER EMENDATA FLAVIUS V 17. Pith.; FLAVIUS — REX des. E. V 1. 4; F V 5. RECÖDS R 1; RCDS V 2. 17; RCCS 40 V 16; CHINDASUINTUS R 2, ubi GLORIOSUS deest. || l. 23. vitat] vita R 2; fit ad R 1; ditat corr. distat E 2; dieat Mad. ignorantia exegranda R 1. Nam cum] Quoniam E 1.

1) *Inter diem 9. et 26. Ianuarii a. 681; cf. 'N. Arch.' XXIII, p. 494 sq.* 2) Omnipotens — unus: *versus hexameter.* 3) Cf. Isidori Sententiarum lib. III, 51, 1. 2: *Iustum est principem legibus obtemperare suis — tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando et ipse illis reverentiam praebet —, principes legibus teneri suis neque in se posse damnare iura, quae in subiectis constituant.* 4) *L. Rom. Vis. C. Th. I, 1, 2 Interpr.: Leges nescire nulli liceat.*

**Recc. Erv.]** scriptum sit: 'Noluit<sup>1</sup> intellegere, ut bene ageret', certum est, quia qui intellegere II, 1, 3. noluit bene agere non contendit. Nullus ergo idcirco sibi extimet inlicitum faciendi licere quodlibet, quia se novit legum decreta sanctionesque nescire; nam non insontem faciet ignorantie causa, quem noxiorum damnis implicaverit culpa.

5 **Recc. Erv.]** III. (III.) FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX. II, 1, 4.

*Quod antea ordinari oportuit negotia principum et postea populorum.*

Bene Deus, conditor rerum, disponens humani corporis formam, in sublimem caput erexit adque ex illo cunetas membrorum fibras exoriri decrevit; unde hoc etiam a capiendis initii caput vocari precensuit<sup>2</sup>, formans in illo et fulgorem lumen, 10 ex quo prospici possent, quecumque noxia concurriscent, constituens in eo et intelligendi vigorem, per quem conexa et subdita membra vel dispositio regeret vel providentia ordinaret. Hinc est et peritorum medicorum precipua cura, ut ante capitum quam membris incipiat disponi medella. Que ideo non inmerito ordinabiliter exerceri censetur, cum artificis peritia hec dispensari patescunt; quia si salutare caput extiterit, 15 ratione colligit, qualiter curare membra cetera possit<sup>3</sup>. Nam si arcem molestia occupaverit capitum, non potuerit in artus dirivationes dare salutis, quas in se consumserit iugis causa langoris. Ordinanda ergo sunt primo negotia principum, tutanda salus, defendenda vita, sieque in statu et negotiis plebium ordinatio dirigenda, ut dum salus competens prospicitur regum, fida valentius teneatur salvatio populorum.

20 **Recc.]** III. FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX. | **Erv. deest.** II, 1, 5.  
*(Cf. II, 1, 1.)*

*De tempore, quo debeant leges emendate valere.*

*Quoniam<sup>4</sup> novitatem legum vetustas viciorum exegit et innovare*

II, 1, 3. l. 1. intelligere R 2. E 2. V 1. 4. 5 *hic et infra.* certo R 2. E 1. quia intelligere R 2; quia qui int. des. R 1. nolet R 1. || l. 2. non contendit] ita V 15; non concedit R 2; non condit R 1; 25 ad maledicendum tendit E 1; contendit V 2; non contemnit V 18; contemnit, contempnit E 2. V 1. 4. 5. 17. 19. *Edd.* existimet E 1; estimet V 1. || l. 3. nesciret R 1. non insontem] des. R 1; id est innocentem add. V 2. || l. 4. sine culpa ign. V 2. causam R 1. in culpa E 1.

II, 1, 4. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. (3 prior pars deest). 4. 5. (15. 17. 18. 19). l. 5. FLAV. — REX des. E V 1. 4; F V 5. RECÖDS R 1; RECESSVINTUS R 2; RCDS V 2. 3; RSDS et in 30 margine ANTIQUA V 18. || l. 6. ordinare V 1. 2. 4. 5. Pith. Mad. oporteret ord. V 2. oporteat E. l. 7. rad. corr. sublime R 2; sublime E 1. V 1. || l. 9. a] ad R 1; deest E 1. vocari] bocitari corr. al. m. vocare E 2; vocitari E 1. V 1. 15. Mad. precensuit] ita R 1; praeconsonuit V 14; percessuit E 2; percensuit cett. et f. lum. des. R 1. || l. 11. vigore R 1. disposio R 1. || l. 13. incipiad R 2; incipiunt E 1; incipient V 1. disponi] ita R; adhiberi E; adhibere V 1. 4. 5; adibere V 2. medellam E 1; medelam R 2. V 1. 2. 4; medela V 15. || l. 14. cum ab E 1. V. || l. 15. rationem V. curari al. m. corr. curare E 2. arce R 2; carnem R 1. hocepaverit R 1. || l. 16. potuerit R 1; pot V 2. delibationes R 1; derivationes V 1. || l. 17. primum E 2. V. tutanda al. m. corr. tuenda R 1. || l. 18. istatu R 1. || l. 19. valentius his E 1; valencium V 2; valentibus Pith.

II, 1, 5. Codd. R 1. 2. V 1. 2. 4. 5. 6. 8. 9. 14. 15. 17. 18. 19. (20). 22. FLAV. — REX] des. 40 V 1. 2. 4. 5. 9. 18. GL. deest V 16. 17. RECÖDS R 1; RECESSVINTUS R 2; RECESVINTUS V 8. 15; RECESVINDUS V 19; RCDS V 6. 17. Pith. De — valere] des. V 4. 8; Item alia lex V 4; Item alia in ipsa era de quo supra II. add. V 1. l. 21. quo] quod R 1. 2. emendas V 2. 8. 9. || l. 22. vetustus R 1; vetusta V 17. vigorum R 1; vitiorum R 2. V 4. 5. 8. 18. 19. 20. 22; malorum V 17. exigit V. innovale R 2; innovari V 8. 9.

45 1) Psalm. 35, 4. 2) Cf. Isidori Etymol. XI, 1, 25: Prima pars corporis caput, datumque illi hoc nomen eo, quod sensus omnes et nervi inde initium capiant. 3) Cf. orationem regis Reccessvindi in Concilio Tolet. VIII. habitam: regendorum membrorum causa salus est capit. 4) De hac lege interpretanda cfr. supra praefationem et 'N. Arch.' XXIII, p. 511 sqq.

**II, 1, 5. Rec.】** leges veterosas peccaminum antiquitas inpetrabit, adeo leges in hoc libro conscriptas ab anno secundo dive memorie domni et genitoris mei Chindasvindi regis in cunctis personis ac gentibus nostre amplitudinis imperio subiugatis omni robore valere decernimus hac iugi mansuras observantia consecramus; ita ut, reiectis illis, quas non equitas iudicantis, sed libitus in presserat potestatis, evacuatisque iudiciis omnibusque scripturis earum ordinatione confectis, he sole valeant leges, quas aut ex antiquitate iuste tenemus, aut idem genitor noster vel pro equitate iudiciorum vel pro austeritate culparum visus est non inmerito condedit, prolatis seu conexis aliis legibus, quas nostri culminis fastigium judiciali presidens trono coram universis Dei sanctis sacerdotibus cunctisque officiis palatinis, ducante Deo adque favente audientium universalis sensu, edidit et formavit ac sue glorie titulis adnotabit; ita ut tam he, que iam prolate consistunt, quam ille, quas adhuc exoriri novorum negotiorum eventus impulerit, valido hac iustissimo vigore perdurent et eterne soliditatis iura retentent.

**Erv. deest.**

5

10

15

**II, 1, 6. Rec. Erv.]****V. FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX.**

De principum cupiditate damnata eorumque initiis ordinandis,  
et qualiter conficiende sunt scripture in nomine principum facte.

Eminentie<sup>1</sup> celsitudo terrene tunc salubrius sublimia probatur adpetere, cum saluti proximorum pia cernitur compassione prodesse; unde solet contingere, ut plus

II, 1, 5. *l. 1. veterosas*] veternus ac *R* 1; veternos *R* 2; veternosa *V* 2. 8. 9. 16. 18; veternositas p. antiqua *in marg.* *V* 17. inpetravit *R* 2; imperavit *V* 1. 17. adeo] *ita R. V* 6. 8. 22; ideo *cett.* *l. 2. conser.*] constitutas *R* 1. ab *deest* *V* 18. diu memoriae *R* 2; d. m. *des.* *R* 1; *divę m.* *V* 2; *bone m.* *V* 4. 17. || *l. 3. Chindasvindi*] Cindasujndi *R* 1. *V* 9; Chindasuhinti *R* 2. ac gentibus] agentibus *R* 1; 25 *hac g.* *R* 2. || *l. 4. valere deest* *V* 2. 4. *Pith.* decrevimus *V* 1. 6. 8. 9. ac *V.* iugi] leges *V* 18; iugi mansura *V* 2. 17; leges mansuras iugi ob. *V* 9. || *l. 5. reiectis* *R* 2; relictis *V* 2. 6. 18; sectis *V* 16. *l. 6. sed — evacuatis des.* *R* 2; libitus *deest etiam* *R* 1, *quod ex V suppleri.* || *l. 7. he*] heae *R* 2. *V* 6; *deest* *R* 1; *haę corr.* haęc *V* 8. 9. sole *deest* *V* 18. aut ex] ab *R* 1; aut *deest* *V* 9. 16. || *l. 8. iuste tenemus*] eius tenemus *R* 2; iuste novimus aut tenemus *V* 1. 2. 4. 5. 6. 8. 14. 17. 20. 22. ideo *R* 1. 30 *genitor noster*] genitorum *R* 2. vel — iudiciorum *des.* *V* 2. || *l. 9. absterritate* *R* 1. merito *R* 1. *condidisse*] *ita R* 1; condidisse *cett.* || *l. 10. prelatis* *R* 2. *V* 1. *conexis*] *ita R. V* 8. 9; *connexis alii.* quam nr̄s culminibus *R* 2. iudicali pr. *R* 1. *V* 9; iudici abssidens pro i. pr. *R* 2. || *l. 11. sac. sanctis* *R* 2. *V* 4. 5. 14. 20; sac. dei sanctis *V* 9. que *deest* *R* 2. || *l. 12. ducante* *R* 2. *V* 14; dōcante *R* 1; docente *V* 9. 18. 20; docente vel ducante *V* 19; iubente *V* 5. 6. 17. 22; adiuvante *V* 1. 2. 4. 8. Domino *V* 2. 4. 35 5. 6. 8. 14. 22. cum universalis *V* 1. consilio *R* 2. || *l. 13. edidit* *R* 1. atque f. *V* 1. ac] ad *R* 1; hac *R* 2; atque *V* 9. ut] aut *R* 2; *deest* *V* 2. heae *R* 2; et *R* 1; hee *V* 6; hę corr. hęc *V* 8. 9; hae *cett.* *l. 14. quasi* *R* 2. || *l. 15. negotiorum*] iurgiorum *V* 6; iurgiorum vel neg. *V* 16; iurgiorum occursum exoriri ev. *V* 18; . . . . orum (corr. negotiorum) vel excusorum ev. *V* 9; . . . orum corr. iurgiorum *V* 8. intulerit *V* 9. hac] ac *V.* eterno *V* 9. 18; aeterna *R* 2. || *l. 16. soleditatis* *R* 1; solitatis *R* 2; 40 *solicitudinis* *V* 4. iure *V* 9. 18. retentent] retinent *R* 1; retineant *V* 17, e corr. *V* 6; retemptent *V* 4; teneantur *V* 9; teneatur *V* 18.

II, 1, 6. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (14. 15). 17. 18. 19. 20. Cf. etiam Conc. Tolet. VIII.  
*FLAV. — REX*] *des.* *E* 1. 2. *V* 1. 3. 4. 15. 18. 19; *F* *V* 5; *GLORIOSUS deest* *V* 2; *RECOIDS* *R* 1; *RECESSUINTUS* *R* 2; *RCDS* *V* 2. *Pith.* *l. 18. et eorum* *R* 1. ordinandis et qu.] o. equaliter *R* 1; 45 *hordinata est qualiter* *R* 2; o. et quomodo *V* 17. || *l. 20. anpetere* *R* 1. || *l. 21. salute* *V* 3; *saluti corr.* al. m. *salutis* *E* 2. *compassione*] *compassionem* *E* 2; *consparcio se* *R* 2; *consparcio* *E* 1.

1) *Haec lex, de qua conferas 'N. Arch.' XXIV, p. 45 sqq., a Recessvindo rege occasione concilii Toletani VIII. a. 652 inde a die 16. Decembri habitu edita est. Elicuit eam decretum quoddam a synodo ad regem directum ('Decretum iudicii universalis in nomine principis 50 editum'), quo clerici et palatini in concilio congregati quaedam de facultatibus et hereditatibus*

**Recc. Erv.]** commodi de aliena salute conquerirat, quam de propria utilitate quisque percipiat. **II, 1, 6.** In multis enim, quia multorum salus adtenditur, maioris lucri summa percipitur; in se autem, quia privati commodi fructus adpetitur, non satis est, si unius beneficii premia conquerantur. Hinc et illa regendarum tantundem salus est plebium, que non suos 5 fines privata voluntate concludit, sed que universitatis limites communi prosperitatis lege defendit. Quapropter, ne salutaris ordo imperialibus videatur verbis potius obtineri quam factis, de sublimitatis obtentu reclinamus ad vota supplicum tranquille visionis aspectum, ut inde salutaris compassio habeat commodum, unde turme plebium adeptae fuerint supplicationis effectum. Cum igitur precedentium serie temporum immo- 10 deratior aviditas principum sese prona diffunderet in spoliis populorum, et augeret rei proprie censem erumna flebilis subiectorum<sup>1</sup>, tandem superne respectationis adflatu nobis est divinitus inspiratum, ut, quia subiectis leges reverentie dederamus, principum quoque excessibus retinaculum temperantie poneremus. Proinde sincera mansuetudinis deliberatione tam nobis quam cunctis nostre glorie successoribus adfuturis Deo me- 15 diante legem ponimus decretumque divalis observantie promulgamus: ut nullus regum

II, 1, 6. *l. 1.* comodi *E 2.* alienę *R 1.* hūtilitate quis *R 1.* || *l. 2.* attenditur *V 1.* 2. suma *E 2.* *V 2;* cumā *E 1;* adūnacio *add.* *V 2;* adunatur *add.* *V 4.* || *l. 3.* quia *deest* *V 5.* non] nos *R 1.* *l. 4.* conqueratur *E 2.* illam *R 1.* || *l. 5.* concludit] edidit *V 4.* communis *E 1.* prosperitati *R 2.* *V 4.* 5. 17. 18. 19. || *l. 6.* videntur *R 1.* || *l. 7.* supplicum *E 2.* || *l. 8.* aspectum] espectum *R 2;* affectum *R 1.* 20 *ut inde]* unde *E 1.* compassio conspersio *R 2.* *E 1.* turme] turbae *V 15.* 17 in margine. || *l. 9.* Cum *deest* *R 1.* || *l. 10.* apidatis *R 1;* aviditatis *V 1.* sese] esse *R 1.* 2; *deest* *E 1.* in ispoliis *R 1.* et augeret — divinitus (*l. 12.*) nunc exan. *V 3;* et augeret et multiplicaret *V 2.* 4. || *l. 11.* proprie] ita vel propriae *R.* *E 1.* *V 3.* 14. 15. 17. 20. *Pith. Cone.*; publice *E 2.* *V 1.* 2. 4. 5. erumna] et ruina *E 2.* tandem] tam de *R 1.* adflatum *R.* || *l. 12.* legibus *E 1;* legis *E 2.* *V 1.* 2. 5. r. deferamus 25 *R 1;* deferentiae dederamus *R 2;* reverentiam d. *V 1.* 2. 5. 17; reverentia *V 4;* refrenantiae *V 14.* *l. 13.* mans. nostrae *V 1.* 2. 4. 5. rell. || *l. 14.* glorie nostre *E 2.* *V;* a add. *R 1.* || *l. 15.* legem — divalis des. *V 3.* poneremus *E 1.* diualiis *E 1;* diu.aliis *E 2.* promulecamus *R 1.*

regum ordinanda proposuerunt. Rex autem, quae in favorem optimatum proposita erant, in suum admodum commodum vertens, de hac re aliisque cum ea cohaerentibus legem nostram promulgavit. 30 Deinde synodus et decreti et legis definitiones ipsis canonibus (can. 10. 12) repetivit, confirmavit et utriusque tenorem actis concilii inserendum decrevit; cf. can. 10: molestis actibus . . . satis, ut opinamur, et lege gloriosi principis et decreto sanctae synodi huius contradictum esse conspeximus. — ita . . . praefatae legis erit auctoritas valitura, ut et perenniter maneat inconclusa. — cui etiam legi vel decreto episcopali non solum in futuro, sed etiam in praesenti reverentiam 35 apponentes decernimus, ut quicunque detractor et non potius venerator decreti eiusdem atque legis esse maluerit, sive religiosus ille sit, sive laicus, non solum ecclesiastica excommunicatione plectatur, verum et sui ordinis dignitate privetur. — can. 12: Huius quoque sententiae fortitudine vel valore decreti nostri seriem, quam in serenissimi domini nostri Reccesvinthi regis edidimus nomine pro rebus a divae memoriae patre suo quolibet titulo conquisitis, decernimus omnino 40 constare. Legem denique, quam pro coercenda principum horrenda cupiditate idem clementissimus edidit princeps, simili robore firmamus atque, ut in futuris retro temporibus modis omnibus observetur, pari sententia definimus. Quae etiam, ne tacitura temporis vel obliviousa vetustate depereant, huic nostrae constitutioni utraque decrevimus innectenda, ita cunctorum memoriae commendanda, ut a cunctis regulis superioris ordinatis nusquam maneant segregata. Secundum 45 notam apud Mansi, Concil. ampl. coll. X, col. 1223 datam decretum ‘die secunda concilii’ i. e. die 17. Decemb. editum est. Recessvindi lex paucis tantum diebus post promulgata esse videtur. 1) Cf. Decretum: Quosdam namque conspeximus reges, postquam fuerint regni gloriam assequentes, extenuatis viribus populorum rei propriae congerere lucrum.

Si cepta causantium negotia dirimentis non terminet discreta censura, non solum difficile sedantur altercantum negotia, sed et diversis causatur obiectibus iustitia perquisita. Solent enim plerique, postquam suarum intentionum iurgia principali adeptunt examine finienda, quandoque resoluti licentia legalem fugiendo iacturam ad convenientie finem deducere, quam regiis auditibus protulerant causam. Ne ergo sub fraudis huius argumento pars causantium iudicalis fori equitatem effugiat, ideo presentis legis sanctione decernimus, ut, quicumque deinceps causam suam contra alium regio intimaverit culmini decernendam, nulla ratione se de iudicio submoveat nec quamlibet cum suo adversario convenientiam agat; sed tam diu cepti negotii propositionem intendat, donec regalis clementia speciale partibus iudicium promat. Quod si inchoatum negotium coram principe, vel quos idem princeps arbitrio suo elegerit, expedire neglexerit et quacumque definitionem cum suo causidico peregerit, tam petitor quam pulsatus tantum regie potestati persolvere se neverint, quantum ille, cuius petitio extiterit, per causam ipsam conquirere poterat; ita videlicet ut, quod regia potestas exinde facere vel iudicare decreverit, in arbitrio voluntatis illius subiaceat. Simili quoque damno et illi multandi sunt, qui\* post cause initium renuentes iudicium de inchoato presumpserint inter se pactitare negotio. Sic quoque tam index quam saio damni ipsius exsolutionem inter se dividere debeant\*\*. Quod si ipsi causidici non habuerint, unde conponant, CC flagellorum ictus utrius accipiant; sicque

\*) V 6 (*in margine*). Pith. Mad. *inter qui et post inserunt*: iurgia intentionum suarum iudicali appetunt examine finienda et.

\*\*) Pith. Mad. *addunt*: suoque iuri habituram obtineant; V 3 *addit*: et suo iure quoque abituram obtineant.

II, 2, 10. Codd. V 1. 2. 3. 6. (8. 15. 17. 18). (*Mad. ex V 3, ut asserunt editores, quocum codice tamen lectiones editionis non semper convenientiunt*). — l. 1. FL. — REX] ita V 6. 17. Pith.; ANTIQUA add. V 17 *in margine*; des. V 1. 2. 3. Mad. || l. 2. De his — redire] De his, qui negotia sua iuri principali (iuris principalis Pith.) appetunt (examine finienda add. Pith.) et postea renuentes inter se citra principale iudicium ad convenientiam redeunt et (ut V 8) pacificare presumunt V 8. 17. Pith.; De his, qui negotia sua iudicaliter incipiunt et postea inter se citra iudicium pacificare presumunt V 6; Ut ii, qui negotia sua iudicaliter incipiunt finienda, nullatenus pro ea inter se pactire postea citra iudicium audeant V 3. Mad. || l. 6. solum aut V 2. negotia] iurgia V 6. Pith. et] a V 6; deest V 3. || l. 7. obiectibus] obiectibus V 6. 17. Pith.; obligationibus V 3. Mad. suarum deest V 2. || l. 8. quandoque] ita V 2. 6; qñq V 1; quadam V 3. Mad. || l. 9. deducere] deducunt V 3. 6. Mad. || l. 10. regiis] regis V 3. 6. Pith. Mad. causam] cause V 2. argumento] sacramento V 17 (*in marg.*). Pith. || l. 11. iudicalis] iudiciale V 6; iudiciale censuram V 2. fori] foris V 2. 6. ideo] adeo V 2. presenti V 1. 3. Mad. l. 12. causam — alium] causam suam habens contra alterum V 2; causam suam (contra alium om.) V 6. Pith. || l. 15. utrisque partibus V 2. || l. 16. inchoatum] eum tantum V 2. idem princeps quos V 2. l. 17. diffinitionem V 2. || l. 18. pulsatus] pulsator corr. pulsatus V 1; pulsator V 3. Mad. || l. 19. se unusquisque neverint persolvere V 2. per causam ipsam] pro causa ipsa V 2. 6. Pith. || l. 21. illius] deest V 6; suae V 3. Pith. Mad. || l. 22. iudicium] executionis iudicalis add. V 2. || l. 23. pactitare] depactire V 3. 6. Pith. Mad. Sic quoque] tocius negotii add. V 2; ut add. V 3. 6. Pith. Mad. || l. 24. debent V 2. ipsi causidici des. V 2. || l. 25. conponant] damnum ipsum persolvant Pith.; damnum ipsum exsolvant V 3. Mad. hictibus CCorum flagellorum V 2. CC] centenos Pith. Mad. uterque accipiat V 3. Mad. sieque] et sic V 3. Pith. Mad. || l. 26. intemptonum V 6. || l. 27. apetunt V 6. || l. 28. iure Mad.

**II, 2, 10. Nov.]** denuo iudex ille causam ipsam terminandi licentiam habeat. Illos tantundem a legis huius iactura indemnes efficiant, quibus aut regia iussio licentiam deliberationis indulserit, aut quos iudex ille, qui causam terminat, inter se pacificandos absolverit.

**Recc. Erv.] III. TITULUS: DE MANDATORIBUS ET MANDATIS.**

5

- I. Quod principum et episcoporum negotia non per eos, sed per subditos sint agenda.
- II. Ut iudex a litigatore perquirat, utrum propria an aliena sit causa prolata.
- III. Ut, qui per se causam non dicit, scriptis adsertorem informet.
- III. Ut in personis nobilibus questio per mandatum nullatenus agitur, et qualiter 10 humilior ingenuus sive servus per mandatum questioni subdatur.
- V. Ut, si dilationem in causa patiatur qui mandatum facit, liceat ei immutare mandatum.
- VI. Ne causam suscipiat femina per mandatum, licite vero propriam exsequatur.
- VII. Ut, sicut lucrum, ita et damnum revertatur ad mandatorem. De commodis 15 etiam mandatum accipientis.
- VIII. Ut, si mortuus fuerit his, qui mandatum accipit, commodum illi debitum heres eius accipiat.
- VIII. Qualibus personis potentes et qualibus pauperes prosequendas actiones iniungant.
- X. Quod liceat his, quibus commissus est fiscus, pro re fisci quibus voluerint exsequendas iniungere actiones.

20

**II, 3, 1. Recc. Erv.]**

**I. FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX.**

Quod principum et episcoporum negotia non per se, sed per subditos sint agenda.

25

Magnorum culminum excellentia, quanto negotiis rerum dare iudicium decet, tanto negotiorum molestias et se implicare non debet. Si<sup>1</sup> ergo principem vel episcopum cum aliquibus constiterit habere negotium, ipsi pro suis personis eligant, quibus negotia sua dicenda committant; quia tantis culminibus videri poterit contumelia inrogari, si contra

II, 2, 10. *l. 1. tantundem] tantum V 3. 17 (in marg.). 18. || l. 2. a deest V 2, post add. V 6. 30 efficiet V 3; esse decernimus Mad. regia] regalis V 1. 3. Mad.*

TIT. III. *Lemma: Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. — l. 5. DE MANDATIS ET MANDATORIBUS R 2; ET MANDATIS des. R 1.*

*Index capitulorum. Codd. R 1. 2. E 1. 2. — l. 6. sed] set R 2. E 2. subditos suos E 2. l. 8. propriam R 1. alienam R 1. || l. 9. informet] reformat R 1. || l. 10. in deest R 1. || l. 12. dilatione 35 R 1. causam R 1. fecit R 2. E. || l. 14. Ne causa R 2. E 2. licite — exsequatur des. R 1. licite] liceat E 2. propria R 2. E 2. || l. 15. ad] a R 1. De commodis — accipientis des. R 1. commodi R 2. l. 17. his] is E 1. accepit R 2. E 1. commodum — accipiat des. R 1. heredus corr. h. e. R 2. || l. 22. actiones deest R 1.*

II, 3, 1. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 19). — l. 23. FL. — REX] des. E. V 1. 3. 4. 40 F. G. RCODS R. R 1; F. G. RECCESSVINTHUS R. R 2; FLS RCDS R. V 6; FLS GLS RECAREDUS R. V 2; ANTIQUA add. V 15. || l. 24. Quod] Ut V 1. se] ita R. E 1. V 1. 2; eos cett. || l. 25. subditos suos V 1. 2. sunt R 1. || l. 26. Magnorum] Maiorum V 4. 5. Mad. culminum potestas aut pontificum excellentia V 15. 19. excellentium quando R 1. iudicium R 1. || l. 27. et se] hac re E 2; haec R 2; hac corr. sese V 6; sese cett. implicari R 2. || l. 28. constiterit] contigerit V 15.*

45

1) Cf. L. Rom. Vis. Nov. Val. 12; Cod. Iust. II, 12, 25.

*Recc. Erv.]* eos vilior persona in contradictione cause videatur adsistere. Ceterum et II, 3, 1. si rex voluerit de re qualibet propositionem adsumere, quis erit, qui ei audeat ullatenus resultare? Itaque ne magnitudo culminis eius evacuet veritatis, non per se, sed per subditos agant negotium actionis.

5 *Recc. Erv.]*

## II. ANTIQUA.

II, 3, 2.

Ut iudex a litigatore perquirat, utrum propria an aliena sit causa prolata.

Iudex<sup>1</sup> primum a litigatore perquirat, utrum propriam causam dicat, an aliena fortasse suscepere. Interrogetur etiam, cuius mandatum habeat; et postquam causam iudicaverit, iudex comprehendat in iudicio, quem aut ex eius mandatum audierit negotium consequentem, hac preterea mandati exemplar accipiat illius adsertoris apud se cum iudicati exemplaribus reservandum. Liceat tamen illi, qui pulsatus est, mandatum a petitore coram iudice petere, ut, quam ob causam fuerit iudicio presentatus, vel quid tenor mandati contineat, indubitanter possit agnoscere.

15 *Recc.]* III. ANTIQUA.

Ut, qui per se causam non dicit, scriptis adsertorem informet.

Si quis per se causam dicere non potuerit aut forte noluerit, adsertorem per scripturam, sue manus vel testium signis aut suscriptionibus roboretur, dare debet; ita ut, si isdem adsertor aliquod concludit fecerit, qualiter ab adversario suo possit in iudicio superari, aliut tantum de facultate sua mandatori restituat, quantum de rebus eius perdidit aut evertit, vel etiam

*Erv.]*

## III.

II, 3, 3.

Ut, qui per se causam non dicit, scriptis adsertorem informet.

Si quis per se causam dicere non potuerit aut forte noluerit, adsertorem per scripturam, sue manus vel testium signis aut subscriptionibus roboretur, dare debet; ita ut, si isdem adsertor aliquod concludit fecerit, qualiter ab adversario suo possit in iudicio superari, aliud tantum de facultate sua mandatori restituat, quantum de rebus eius perdidit aut evertit, vel etiam que ipse mandator obtinere seu adquirere debuit. Servo tamen

II, 3, 1. l. 1. contractione R 1. || l. 2. propositione R 1. || l. 3. ne] nec E; nec rad. corr. ne V 6. eius] ne ullus R 2; huius V 3. Mad. veritatis] ita R 1 (i. e. veritates); veritatis corr. veritates E 2; veritatis corr. veritatem V 6; veritatem cett. || l. 4. agat V 1. 4. 5. Pith. Mad.

30 II, 3, 2. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17. 19). — l. 5. ANT.] deest R 2. E. V 1. 3. 4; ANT. FLS (GLS) RCNDS REX V 2. 8; RC(D)S REX V 5. 17. || l. 6. utrum — perquirat des. R 2. propriam R 1. || l. 8. dicat deest R 1. alienam E 1. V; alienas E 2. || l. 9. habet R 1; abeat R 2. E 2. postquam] post R 1. || l. 10. in iudicium R 1; iudicio R 2. mandato E 1. V 1. 3. rell. l. 11. hac] ac E 1. V. assert- pro adser- hic et infra V. || l. 13. iudicio] in iudicio R 1, ubi in post add.

35 l. 14. qui tenorem R 1.

II, 3, 3. Codd. R 1. 2. — l. 15. ANTIQUA deest R 2. || l. 19. aut forte noluerit des. R 1. l. 20. testibus R 1. || l. 21. robora R 1. l. 22. hisdem R 2. || l. 25. de — etiam que des. R 2.

40

II, 3, 3. Codd. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 15. 17. 18. 19). — l. 15. III] ANT(ANTIQUA) add. V 2. 5. 6. 8. 15. 17. || l. 18. per deest V 2. || l. 19. sua manu V 2. || l. 21. isdem] ita E 1. V 2. 6; hisdem E 2; idem V 1. 3. alii. || l. 23. aliut E 2. tantum] ipse assertor add. V 15. || l. 25. vel] aut V 1. l. 26. optimere E 1. V 1. seu] ita E 1. V 1. 2. 6; sive V 3; vel cett. debuit] exsolvat add. Mad.

1) Cf. L. Rom. Vis. C. Th. II, 12, 3: In principio quaestionis persona debet inquire, et utrum ad agendum negotium mandato utatur accepto. *Interpr.:* Cum primum ad iudicem causa fuerit intromissa, personarum firmitas requiratur, ut is, qui causam alterius prosequitur, mandatum eius, cuius causam agendam suscepere, proferre procuret.

**II, 3, 3. Recc.]** que ipse mandator obtinere sive adquirere debuit.

**Erv.]** non licebit per mandatum causas quorumlibet suscipere, nisi tantum domini vel domine sue, ecclesiarum quoque vel pauperum seu etiam negotiorum fiscalium.

**II, 3, 4. Recc.]**

**III.**

FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut personis nobilibus questio per mandatum nullatenus agitur, et qualiter humilior ingenuus sive servus per mandatum questioni subdatur.

Questionem in personis nobilibus nullatenus per mandatum patimur agitari. Ingenuam vero et pauperem personam adque in crimen iam ante reppertam non aliter ex mandato subdendam questioni permittimus, quam ut mandator de eadem personam non servo, sed ingenuo per mandatum, sua vel trium testium adnotatione firmatum, specialiter committat agendum. Et si fortasse innocentem fecerit tormentis affligi, sciat se hisdem mandator censura legis noxium retineri. Reliquas autem criminales causas ita per mandatum liceat committendas, ut, sicut predictum est, contra personam ingenuam

**Erv.]**

**III.**

5

Ut in personis nobilibus questio per mandatum nullatenus agitur, et qualiter humilior ingenuus sive servus per mandatum questioni subdatur. 10

Questionem in personis nobilibus nullatenus per mandatum patimur agitari. Ingenuam vero et pauperem personam atque in crimen iam ante repertam non aliter ex mandato subdendam questioni permittimus, quam ut mandator de eadem persona non servo, sed ingenuo per mandatum, manu sua vel trium testium adnotatione firmatum, specialiter committat agendum. Et si fortasse innocentem fecerit tormentis affligi, sciat se idem mandator censura illius legis noxium retineri, 20 que continetur in libro sexto, titulo primo, era secunda<sup>1</sup>, ubi precipitur, pro quibus et qualibus rebus ingenuorum persone subdende sint questioni. Reliquas autem criminales causas ita per mandatum liceat committendas, 25

**II, 3, 3. l. 1. sive]** sue *R 1*; vel *R 2*.

**II, 3, 3. l. 2. quarumlibet** *E 2. V 2.* || **l. 3. eccl**esiām *E 1.* || **l. 4. sibe** *E 2;* sive *V.* fiscalium] *Mad.* addit formulam ab omnibus codicibus supra enumeratis alienam: De mandato. Quod si vero per tepiditatem aut fraudulentiam 30 iudicum sive falsorum testimonium aliquid ex voce mea inutilitatum fuerit, tunc robore vocis meae ad futurum mihi reservetur. Facto mandato.

**II, 3, 4. Codd.** *E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6.* (8. 35 14. 17. 18. 19). — **l. 5. III]** FLS CHDS REX add. *V 6. 17;* FLS GLRS CHDS REX add. *V 5;* ANT. FLS GLS DUDUS REX add. *V 2;* ANTIQUA add. *V 8;* FLS RECESVINDUS REX. NOVA add. *V 19.* || **l. 13. adque** *E 2.* || **l. 14. aliter]** nisi post 40 add. *E 2.* ex mandato corr. per m., sed per del. *E 2;* per mandatum *V 1. 2. 4. 5. 8. 14.* subdendum *E 2.* || **l. 15. quaestionem** *E 1.* || **l. 17. manu sua]** sua manu subscriptum *E 1;* manus sue *V 1;* manu *deest* *V 3.* || **l. 19. idem]** hisdem *E 2;* isdem 45 *V 2.* || **l. 21. libro VI. titulo I.** *E 1.* || **l. 22. era secunda]** capitulo secundo *V 14.* et qualibus] vel q. *E 1.* || **l. 24. sint]** ita *E 1. V 6. Pith.*; sunt alii. || **l. 25. comittere** committendas *V 3.*

1) *Infra VI, 1, 2.*

**Recc.]** ingenui ingenuo adsertori questionis actio committatur. Servum vero per mandatum subdere questioni tam ingenuo quam servo iure conceditur; hac videlicet constitutione servata, ut, si tormenta vel damna innocentibus fuerint inrogata, ad omnem satisfactionem mandator iudicis conpellatur instantia. Nec dimittendus est tamen his, qui mandatum accepit, donec aut mandator sit coram iudice prestus, aut satisfactionem adimpleat legum. Et tamen qui questionem ex mandato agitatus est, ante se, velut proprii iuris dominus, per placiti vinculum a iudice se noverit obligandum.

**Erv.]** ut, sicut predictum est, contra personam in- **II, 3, 4.** genui ingenuo adsertori questionis actio committatur. Servum vero per mandatum subdere questioni tam ingenuo quam servo suo iure conceditur; hac videlicet constitutione servata, ut, si tormenta vel damna innocentibus fuerint inrogata, ad omnem satisfactionem mandator iudicis conpellatur instantia. Nec dimittendus est tamen his, qui mandatum accepit, donec aut mandator sit coram iudice prestus, aut satisfactionem adimpleat legum. Et tamen qui questionem ex mandato agitatus est, ante se, velut proprii iuris dominus, per placiti vinculum a iudice se noverit obligandum.

**Recc. Erv.]****V. ANTIQUA.****II, 3, 5.**

Ut, si dilationem in causa patiatur qui mandatum facit, liceat ei inmutare mandatum.

Qui causam alicuius ex mandato suscepit, ut negotium peragatur, insistat; quod si protrahit tempus, et causa, que forsitan celerius potuerat expediri, hoce occasionibus superfluis aut fraudulenta dilatione suspenditur, mandator recurrat ad iudicem. Et qui mandatum acceperat, si malitia alicuius aut cupiditatis vel neglegentie vitio, adversario presente vel iudice, susceptum negotium ultra decem dies absque precepto iudicis dilataverit, his, qui mandaverat, aut per se proponere aut alicui elegerit suam liceat committere actionem.

**Recc. Erv.]****VI. ANTIQUA.****II, 3, 6.**

Ne causam suscipiat femina per mandatum, licite vero propriam exequatur.

Femina<sup>1</sup> per mandatum causam non suscipiat, sed suum proprium negotium in

**II, 3, 4. l. 4. constitutione]** ratione **R 2.**  
**30 l. 9. his]** si **R 1.** || **l. 11. et tamen des.** **R 2.**  
**l. 13. velut]** vel **R 1.** || **l. 14. placito** **R 2.**

**II, 3, 4. l. 1. persona** **E 1.** **ingenii]** ingenii  
**E 1;** ingenuum **V 1. 4. 6. 8.** || **l. 4. suo iure]** ita  
**E. V 1. 2. 3;** iure **alii.** || **l. 7. mundator** **E 1.**  
**l. 8. tamen]** tam **V 2. 6.** his] is **V 1. 3. alii.**  
**l. 10. satisfactione** **E 1.** || **l. 12. proprii iuris]** pro-  
priis uiris (*vel iuris*) **E. V 4.** placitum **E 2.**

**35 II, 3, 5. Codd.** **R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6.** (8. 14. 15. 17. 19). — **l. 16. ANT.] deest** **R 2.**  
**E. V 1. 3. 4;** FLS CHNDSDS REX **V 2;** FLAVIUS RECESVINDUS **V 15.** || **l. 17. causam** **R 1.**  
**patitur** **E 1.** **V.** his qui **E 1.** fecit **E 1.** **V.** || **l. 19. causa** **R 1.** || **l. 20. causam** **R 1. E 2. V 1.** que]  
**quam** **V 1. 3. 4.** poterat **V 6;** potuit corr. poterat **E 2;** potuerit **V 2. 5;** potuit **V 1. 4.** expedire  
**R 2. E 2. V 1. 3. 4.** occasionibus **R 2. E 1. V;** aut o. **V 1. 2. 4;** autem o. **V 5;** hocc. autem **E 2.**  
**40 l. 21. recurrat]** occurat **R 2.** Et] ut **R 2.** || **l. 22. si deest** **R 1.** cupiditate **E. V 1.** || **l. 23. vel indice**  
**des.** **R 1.** preceptum **R 1.** || **l. 24. his]** illi **V 1;** is **E 1. V 3. 4. rell.** alicui quem el. **V 1. 4. 5. Pith.**  
**Mad.** helegerit **R 1;** voluerit **V 6.**

**II, 3, 6. Codd.** **R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6.** (8. 14. 17. 19). — **l. 26. ANTIQUA]** ita **R 1.**  
**V 2. 17. 19;** deest **R 2.** **E. V 1. 3. 4. 14;** FLAV. RECESVINDUS. ANTIQUA **V 8;** N **V 5.** || **l. 27. licite**  
**45 vero]** liceat vero **E 2;** liceat vero ei ut **V 1. 4. 5. 6.** propriam] ita **R 2. E 1;** proprie **R 1;** propria  
**E 2. V.** exequatur negotia **V 1. 5.**

1) Cf. L. Rom. Vis. C. Th. II, 12, 5: Nullo pacto feminae aut amplius, quam sibi competit, agere aut pro aliis possunt intervenire personis. Interpr.: Nulla ratione feminae amplius quam

**II, 3, 6. Recc. Err.]** iudicio proponere non vetetur. Maritus<sup>1</sup> sane non sine mandatum causam dicat uxoris, aut certe ante iudicem\* se tali obliget cautione, quod uxor negotium eius non revolvat, et si revolverit, damnum, quod cautio demonstrat, maritus recipiat, qui sine mandatum causam dicere presumsit uxoris. Quod si maritus causam, quam sine mandatum coniugis sue prosequebatur, amiserit, uxor nullum preiudicium pertimescat; sed aut per se negotium prosequatur aut cui voluerit ea, que ipsi competunt, prosequenda commendet; ita ut, si, marito per iudicium iuste superato, denuo ad causam dicendam adversarium illum, qui victor extiterat, pars mulieris crediderit convexandum, adque in iudicio secundo patuerit eundem eius maritum non indebite victum fuisse, noverit eadem mulier non solum se iudici, qui causam prius examinabit, sed et illi causidico, quem iteratim ad iudicium compulit, iuxta legis sententiam esse satisfacturam.

\*) V 1. 4. 6. 8. *Pith. addunt:* seu alios, quos iudex elegerit.

**II, 3, 7. Recc. Err.]**

VII. ANTIQUA.

Ut, sicut lucrum, ita et damnum revertatur ad mandatorem. De com- 15 modis etiam mandatum accipientis.

Sicut<sup>2</sup> lucrum, ita et damnum iuxta condicionem mandati ad eum, qui causam mandaverit, revertatur; ita ut, qui causam ex mandato dixerit et fideliter, ut negotium peragatur, institerit, ab eo mandator nec mandatum repeatat, nec ipsam postea ad alium transferat actionem; quia iniustum est, ut mercedem sui laboris amittat, qui pro 20 suscepta causa fideliter laborasse cognoscitur; ita ut his, qui negotium prosecuturus est, ante cause principium cum mandatore definiat, quantum pro commodo sui laboris finito negotium ab eo sit accepturus<sup>3</sup>. Quod si acceptam rem prosecutor infra tres

II, 3, 6. l. 1. mandato E. V. || l. 2. cautione] vinculo cautionis V 6. *Pith.* quod] quo V 1. 2. 6. l. 3. et si revolverit des. R 1. || l. 4. mandato E. V. causam dicere — mandatum des. R 1. || l. 5. mandato 25 E. V. coniuge R 1. admiserit R 2. E 2. || l. 7. iudicio R 1. || l. 9. in deest R 1. marito R 1. indecite R 1. || l. 10. eandem R. E 2. examinavit E 1. V. || l. 11. et deest R 1. compullit E 2; con- pellit R 2. iuxta] iusta E. || l. 12. satisfacturum V 3. 4. 5. *Mad.*; satisfacturum corr. satisfacturam R 1. 2.

II, 3, 7. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (17. 19). — l. 14. ANT.] deest R 2. E. V 1. 2. 30 3. 4; A V 5. || l. 15. mandatore R 1. E 1. || l. 18. mandatum al. man. corr. mandato R 1. || l. 19. in- stituerit R 1. E 2. V 4. 5. *Mad.* mandato R 1. postea] causam add. E 1. || l. 20. iniustum] valde add. *Pith.* || l. 21. laborasse] ita R 1. V 3; elaborasse cett. seeuturus R 1. || l. 22. cause principium] c. prin- cipem V 2; conspectu principum E 1. comodum R 1; commodi R 2; quomodo E 1. || l. 23. negotium] ita R 1. E 2; negotio cett. acceptam] receptam E. V.

35

suis agendi causas habeant potestatem nec alieuius causam a se noverint prosequendam; *LX, 1, 2 Interpr.:* Feminis nisi in sua suarumque causa quemquam accusare non licet, quia susceptione alienarum causarum legibus prohibentur; *Paul. I, 2, 2:* Feminae in rem suam cognitoriam operam suscipere non prohibentur. *Interpr.:* Feminae, licet procurationem suscipere prohibeantur, tamen, si dominae et procuratrices fiant, pro re iam sua agere possunt. 1) *Lex antiquum ius Romanum sequitur;* v. *Cod. Iust. II, 12, 21:* Maritus citra mandatum in rebus uxoris cum sollemni satisdatione et alia observatione intercedendi habeat liberam facultatem . . . Sin autem mandatum suscepit, licet maritus sit, id solum exequi debet, quod procuratio emissa praescriperit; *L. Rom. Vis. C. Th. II, 12, 4 cum Interpretatione et Epitomis;* *Consult. vet. iuris. c. 8, § 1.* Cf. 'N. Arch.' XXIV, p. 96 sq. 2) Cf. supra p. 24, n. 3. 3) Cf. 45 *Cod. Iust. IV, 35, 17:* Salarium incertae pollicitationis peti non potest, et *Dig. XVII, 1, 56 § 3.*

**Recc. Erv.]** menses reddere neclexerit mandatori, quidquid de eadem causam per quamcumque definitionem consequi potuit, perdat, et mandator iudicis instantia rem sibi competentem accipiat.

**Recc. Erv.]**

### VIII. ANTIQUA.

II, 3, 8.

**5 Ut, si mortuus fuerit qui mandatum accepit, commodum illi debitum heredes eius accipient.**

Qui<sup>1</sup> mandatum fecit si mortuus fuerit, antequam causa dicatur, mandatum, quod fecerat, non valeat; et qui mandatum suscepit si, antequam causa dicatur, fuerit morte preventus, mandatum nullam habeat firmitatem. Quod si, antequam moreretur, causam dixisse dinoscitur adque per suam instantiam ad fines usque legitimos perduxisse, et tamen, quo cumque casu intercedente, ne cum perfinita res aut exacta remansit, si ad hue forte terminum fuerit causa deducta, quo eam ille, qui per mandatum secutus est, iam ante acceleraverat, omne lucrum, quod ipse fuerat habiturus, heredibus eius a mandatoris partibus exolvatur.

**15 Recc. Erv.]**

### VIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

II, 3, 9.

Qualibus personis potentes et qualibus pauperes prosequendas actiones iniungant.

Nulli<sup>2</sup> liceat potentiori, quam ipse est, qui<sup>3</sup> committit, causam suam ulla ratione committere, ut non equalis sibi eius possit potentia opprimi vel terrori. Nam etiam si potens cum pauperem causam habuerit et per se asserere noluerit, non aliter quam equali pauperi aut fortasse inferiori a potente poterit causa committi. Pauper vero, si voluerit, tam potenti suam causam debeat committere, quam potens ille est, cum quo negotium videtur habere.

**Recc. Erv.]**

### X. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

II, 3, 10.

**25 Quod liceat his, quibus conmissus est fiscus, pro re fisci quibus voluerint exequendas iniungere actiones.**

Nullus quidem rerum fiscalium temerator debet existere. Tamen si quandoquidem

II, 3, 7. *l. 1. de eandem R 2. causam] ita R 1. E 2; causa cett. per quacumque definitionem E 2. V 6; pro quamecumque definitionem E 1; pro quacumque definitione V 2; per quacumque definitionem V 1. 3. 4. 5. || l. 3. competenter R 1.*

II, 3, 8. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17. 19). — l. 4. ANT.] deest R 2. E. V 1. 2. 4. 19; N V 5. || l. 5. qui] is qui E. V. accipit E 2. V 3. 5. || l. 6. accipiat E 1. V 1. l. 9. nullum R 2. E 1. || l. 10. ad fines per suam instantiam R 1. legitimis R 1. perduxisse] ita R 1 (ubi tamen esse e corr.). 2. E. V 1. 2. 3. 6. 8; perduxerit V 4. 5. Mad. || l. 11. causa intercedentem R 1. perfinita] finita V 1. 4. 5. 15. Pith. ad huc] ita R 1. E 1; adue E 2; ad hunc R 2. V. || l. 12. quo] quod E. V 2. secutus] susceptus R 1. || l. 13. antea E. V 1. 2. 6. acceleraverat E 1; acceleraverat R 2. E 2. V. omnem R 1. abiturus R 2. E 2. a deest R 1.*

II, 3, 9. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 17. 19). — l. 15. FL. — REX] des. E. V 1. 3. 4. CHIND.] CHINDUS R 1; CHINDS R 2; CHNDSDS V 2; GLS CHDS V 5; RCDS V 6. 40 REX] ANTIQUA add. V 15. || l. 18. ulla] nulla R 1. || l. 20. paupere E 1. V. adserere R 2. E 1. V 2. alii. || l. 21. potentem R 1. || l. 22. debet V 1. 6.*

II, 3, 10. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17. 19). — l. 24. FL. — REX] des. E. V 1. 3. 4. CHIND.] CNDS R 1; CHINDASVINTUS R 2; CHNDSDS V 2; CHDS V 5. 6. REX] ANTIQUA add. V 15. || l. 25. quibuscumque V 1. 6. || l. 26. exsequendas R 2. E; deest V 6. actiones] 45 rationes V 1. 2.*

1) Cf. L. Rom. Vis. C. Th. II, 12, 1. 7. 2) Cf. Cod. Iust. II, 13; L. Rom. Vis. C. Th. II, 13, 14 et supra II, 2, 8, p. 84. 3) Exspectaveris: ‘quocum causam habet’.

**II, 3, 10.** *Recc. Erv.]* pro iure fisci contra quemlibet provenerit intentione moveri, ille, cui commissa res est, apud comitem civitatis vel iudicem habebit licentiam legaliter negotium prosequendi; quem si absentem a loco, ubi res agenda est, esse constiterit, vel occasio eum quecumque suspenderit, aut etiam per se proponere fortasse noluerit, eandem utilitatis publice actionem per mandatum iniungere prosequendam cui elegerit sui erit 5 indubitanter arbitrii.

*Recc. Erv.]* **III. TITULUS: DE TESTIBUS ET TESTIMONIIS.**

- I. De personis, quibus testificari non licet.
- II. Quod testibus sine sacramento credi non possit; et si utraque pars proferat testem, cui debeat credi; et si vera testificare neclexerit testis. 10
- III. De investiganda iustitia, si aliut loquatur testis, aliut scriptura.
- III. Servo non credendum; et qualibus regis servis debeat credi.
- V. Ne testes per epistolam testimonium reddant; et qualiter iniungi testimonium possit.
- VI. De his, qui falsum testimonium dicunt. 15

*Recc.]*

- VII. De his, qui ad falsum testimonium dicendum alios provocant vel servos alienos ad libertatem inpellunt.
- VIII. In quibus causis possint testificari servi.
- VIII. De his, qui se placitorum scriptis obligant, ne pro aliorum causis veritatem dicant.
- X. De quibus annis poterunt testificare minores.
- XI. Ut contra extraneos parentela et propinquitas testimonium minime dicant.

*Erv.] VII.* De his, qui falsum probantur testimonium protulisse, et de spatium sex mensuum, quo testem liceat infamare, sive ut super mortuum non liceat testimonium 20 dicere.

- VIII. De his, qui ad falsum testimonium dicendum alios provocant vel servos alienos ad libertatem inpellunt. 25

VIII. In quibus causis possunt testificari servi.

- X. De his, qui se placitorum scriptis obligant, ne pro aliorum causis veritatem dicant. 30

XI. De quibus annis poterunt testificari minores.

- XII. Ut contra extraneos parentela et propinquitas testimonium minime dicant. 35

**II, 3, 10.** *l. 1. intentionem R 2. E 2; intencio V 2. || l. 2. cōmitem R 1; commitem E 2. licentia R 1. || l. 3. constiterit] ita R 1. V 2. 6. 8. 15; contingit E 2; contigerit R 2. E 1. V 1. 3. alii. l. 4. aut — noluerit des. R 2. || l. 5. utilitatis R 1. actione R 1; hactio E 2. helegerit R 1. erit] sit V 1. 2. 3. 6. || l. 6. incunctanter E 1. arbitrium R 1.*

**TIT. IV. Lemma. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 5. 6. — l. 7. TESTIMONIIS] PARENTUM 40 add. V 1. 5.**

*Index capitulorum. Codd. R 1. 2. E 1. 2. — l. 8. licet R 1. E 2. || l. 9. sacramentum R 1. et si — neclexerit testis des. R 1. et] aut R 2. preferat R 2. || l. 10. vere R 2. testificari E. neglexerit E. l. 11. aliut scriptura des. R 1. || l. 12. regis] regiis E 1. debeat R 1. E 1. || l. 13. testis R 2. E 2. reddant] ita E 1; dicunt R 1; reddat R 2. E 2. et — possit des. R 1. || l. 16. VII. De his — dicere] 45 ita E; deest R. || l. 17. spatium] ita E 1. 2. || l. 18. mensuum] ita E 1. 2. quo] quod E 1. testem] testium E 1. || l. 23. vel — inpellunt des. R 1. || l. 26. possint R; possunt E. testificare R 2. l. 28. scriptis] scripturis R 1. || l. 29. ne — dicant des. R 1. || l. 31. poterint R 2; potuerunt E 1.*

*Rec. Erv.]*

## I. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

II, 4, 1.

De personis, quibus testificari non liceat.

Homicide<sup>1</sup>, malefici, fures, criminosi sive benefici, et qui raptum fecerint vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos divinosque concurrerint, nullatenus erunt ad testimonium admittendi.

*Rec. Erv.]*

## II. ANTIQUA.

II, 4, 2.

Quod testibus sine sacramento credi non possit; et si utraque pars proferat testem, cui debeat credi; et si vera testificari neglexerit testis.

Iudex, causa finita et sacramentum secundum leges, sicut ipse ordinaverit, a testibus dato, iudicium emittat; quia testes sine sacramento testimonium peribere non possunt. Quod si ab utraque parte testimonia equaliter proferantur, discussa prius veritate verborum, quibus magis debeat credi, iudicis extimabit electio. Certe si admonitus quisquam a iudice de re, quam novit, testimonium peribere noluerit, aut si nescire se dixerit, id ipsum etiam iurare distulerit<sup>2</sup> et per gratiam aut per venalitatem vera subpresserit: si nobilis fuerit, testimonium postea in nullo iudicio dicere permittatur, nec testimonium ipsius recipiatur ulterius. Quod si, licet ingenue, minoris tamen fuerint dignitatis persone, et testimonium careant et c flagella infamati suscipiant; quia non minor reatus est vera subprimere quam falsa confingere.

*Rec. Erv.]*

## III. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

II, 4, 3.

De investiganda iustitia, si aliut loquatur testis, aliut scriptura.

Quotiens aliut testis loquitur, quam ea scriptura continet, in qua ipse suscripsisse dinoscitur, quamvis contra scripture textum diversa verborum sit a testibus impugnatio, scripture tamen potius constat esse credendum. Quod si testes dixerint ea, que offertur, scriptura minime roborasse, prolator eius probare debebit, utrum ab eisdem

II, 4, 1. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 17. 19). — l. 1. FL. — REX] des. E. V 1. 3. 19; ANTIQUA add. V 15. CHINDASVINDUS] ita R 2. V 2; CNDS R 1; CHDS V 5; RCDS V 2; GLS RCDS V 6. 17. || l. 2. testificare V 2. 3. 4. 5. licet R 1. || l. 3. vel — dixerint des. R 1. II, 4, 2. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17). — l. 6. ANTIQUA] ita R 1. V 15. 30 17 (in marg.); deest R 2. E. V 1. 3. 4; FLS (GLS V 8) CHDS REX V 5. 8; FLS GLS RCDS REX V 6. l. 7. sacramentum R 1. || l. 8. testificare V 2. neglexerint testes R 1. || l. 10. sacramento E 1. V. l. 11. datum E 1. emitta — testimonium des. R 1. peribere] ita R 2. E 2; perimere R 1; perhibere alii. || l. 12. equaliter] pariter V 1. || l. 14. perhibere E 1. V 1. alii. || l. 15. ipsut R 2; ipsum corr. ipsut E 2; ipsud E 1. etiam deest R 1. venalitate R 1. || l. 16. testimonium postea etc.] testimonium postea 35 non recipiatur ulterius E 2, ubi verba: in nullo iudicio dicere permittatur post addita sunt. || l. 18. testimonium careant] ita R. E. V 6; testimonio c. alii. || l. 19. minoris V 1.**

II, 4, 3. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17. 18. 19). — l. 20. FL. — REX] des. E. V 1. 3. 4; ANTIQUA add. V 15. CHINDASVINDUS] ita R 2. V 2; CNDS R 1; CHDS V 5. 6. 17; RS V 19. || l. 21. loquatur] loquitur V 1. 3. 4. 5. || l. 22. loquitur] loquitur R 2. ea] que superscr. 40 R 1. in qua] quam Mad. subscrississe E 1. V. || l. 23. verborum sit a testibus] verbositas testibus R 2; verborum sit ad t. E 1; berborum ad testibus fit E 2; verborum a testibus sit V 1; verb. sit test. V 2. || l. 24. ea] eam E. V. || l. 25. scriptura minime] scripturamine E 1; scripturam m. E 2. V. debet probare R 1. eisdem] eis R 1; chisdem R 2.*

1) Cf. *Dig. III*, 2, 1. 2) Cf. *Cod. Iust. IV*, 20, 16 pr.: ‘*Η διάταξις κελεύει . . . ἔκαστον ἀναγνάζεσθαι μαρτυρεῖν μεθ' ὅρκον δόσεως, ἀπερ έπισταται, η διμήνειν, ὡς οὐκ ἐπίσταται.*

**II, 4, 3.** *Recc. Erv.]* testibus scriptura fuisse roborata constiterit. Et si hoc ipse quibuslibet aliis documentis convinceere fortasse nequiverit, experientia iudicis id requirere solleter curabit; ita ut pro manus contropatione<sup>1</sup> testis ille, qui negat, iudice presente scribat, qui etiam plus cogatur scribere<sup>2</sup>, ut veritas facilius innotescat; ubi scilicet et hoc omnino querendum est, ut scripture querantur et presententur, quas antea fecit sive suscrispsit. Et si tota ista defecerint, tunc condicionibus editis iurare non differat, quod nequaquam inibi suscriptor accesserit. Et si post haec quocumque modo patuerit, pro extingueda veritate mentitum eum fuisse, falsitatis notatus infamia, si honestior persona fuerit, quantum ille perdere potuerat, cuius parti testimonium peribere contempsit, tantum dupla ei satisfactione conpellatur exolvere. Si certe inferior est persona et unde duplam rem dare non habeat, et testimonium amittat et C flagellorum hictus extensus accipiat\*. In duobus autem idoneis testibus, quos prisca legum recipiendos sanesit auctoritas<sup>3</sup>, non solum considerandum est, quam sint idonei genere, hoc est indubitanter ingenui, sed etiam, si sint honestate mentis perspicui adque rerum plenitudine opulenti. Nam videtur esse cavendum, ne forte quisque compulsus inopia, dum necessitatem non tolerat, precipitanter periurare non metuat<sup>4</sup>.

\*) *V 1. 2. 4. 6. 8. 17. 18 (sed V 6 in margine ad accesserit, V 17 ad calcem post metuat) addunt:*

Simili investigatione perquirere iubemus scripturarum veritatem, si auctores causaverint nullatenus has roborasse; et cum claruerit mentitos eos fuisse, decreto legis, quod de falsariis scripturarum latum est<sup>5</sup>, perculi eos iubemus.

20

**II, 4, 3.** *l. 1. scripturam fuisse roboratam R 2. E 2. V. quilibet R 1. || l. 3. curaverit R 1; curavit E 1. pro] per E 2. V 1. 5. 6. contropationem V 5; contrapacionem V 1. || l. 4. iscribat R 1. l. 5. antea] ita R 1. V 1; deest R 2; ante alii. || l. 6. suscrispsit] ita R 1. V 3; subscrpsit E 1. V 1. 2. 4. 6; scripsit E 2. V 5. Mad. defecerit E 2. V 4. || l. 7. inibi] in ipsi R 1; ibi R 2; inivi E 1. subscriptor R 2. E 1. V. haec vel hec R. E 2. V 1. 2. 6. 8. 15; ex V 3; ea E 1; hoc Mad. || l. 10. satisfactione] compositionem add. E 1. conpellatur corr. cogatur E 2; deest R 1. || l. 11. et unde] eundem R 1. duplam rem dare] debeat duplam rem dare V 2; duplam rem dare debeat V 6. 8; duplam rem det V 1; dupla rem damnare R 1; duplare Mad. habeat] valeat Mad. || l. 13. sancsit] ita R 1. E 2; sanexit E 1. V 1; sancxit V 6; sanxit alii. autoritas R 2. E 2. || l. 14. honestate preclari et mentis V 5. prespicui R 1. plenitudinem R 1. || l. 15. inopiam R 1. || l. 16. necessitate E 2; de necessitate E 1; necessitatis V 3. non deest V 1. 5. 6. 15. || l. 18. Simili — veritatem] Iubemus perquirere veritatem scripturarum simili investigatione V 1. || l. 19. nullatenus — sed] nullatenus non roborasse has et V 1. has] ars (pro as) V 8. et cum — iubemus des. V 4. 6. fuisse eos mentitos V 1. decreto — iubemus] iubemus percelli eos decreto legis, quod latum est de falsariis scripturarum V 1. quod] qui V 2. || l. 20. perculi] ita V 2; pereuti V 8. 17. 18; percelli V 1.*

35

1) *De 'contropatione' (ut Visigothi dicebant pro 'collatione') manuum vel scripturarum secundum morem Romanorum apud Visigothos usitata disserui 'N. Arch.' XXIV, p. 30 sqq. Cf. etiam infra II, 5, 15—17.* 2) *Cf. Iust. Nov. LXXIII, c. 1 (Auth.): quia enim non professus est is, qui scripsisse dicebatur, suam esse scripturam, . . . scribere alia coactus est etc. Cf. quae de illo legis nostrae loco exposui 'N. Arch.' l. c. p. 36 sqq., ubi etiam modernas allegavi leges, quae eadem fere constituerunt.* 3) *Haec verba aut ad L. Rom. Vis. C. Th. XI, 14, 2: unius omnino testis responsio non audiatur, etiamsi praeclarae curiae honore praefulgeat . . . Interpr.: Unius autem testimonium, quamlibet splendida et idonea videatur esse persona, nullatenus audiendum, aut, quod magis suspicor, ad similem Codicis Euriciani legem referenda sunt. Cf. 'N. Arch.' XXIV, p. 101.* 4) *Testis pauper suspectus, locuples idoneus habebatur, v. infra II, 4, 10. Cf. Iust. Nov. XC, c. 1 (per . . . divitiarum causam); Dig. XXII, 5, 3 pr.: Testium fides diligenter examinanda est, ideoque . . . exploranda erunt, in primis condicio eiusque, utrum quis etc. . . ., an locuples vel egens sit, ut lucri causa quid facile admittat.* 5) *Infra VII, 5, 2.*

45

<i>Recd.]</i>	<i>III.</i>	<i>Erv.]</i>	<i>III.</i>	<i>II, 4, 4.</i>
	FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.			
	Servo non credendum; et qualibus regis servis debeat credi.			Servo non credendum; et qualibus regis servis debeat credi.
5	Servo penitus non credatur, si super aliquem crimen obiecerit, aut si etiam dominum suum in crimine inpetierit, nisi in tormentis positus exponat quod dixerit <sup>1</sup> ;			Servo penitus non credatur, si super aliquem crimen obiecerit, aut etiam si dominum suum in crimine inpetierit. Nam etiam si in tormentis positus exponat quod obicit, credi tamen illi nullo modo oportebit; excepto servis nostris, qui ad hoc regalibus servitiis mancipantur, ut non inmerito palatinis officiis liberaliter hono- rentur, id est stabulariorum, gillonario- rum <sup>3</sup> , argentariorum coquorumque pre- positi, vel si qui preter his superiori
10	regalibus servitiis mancipantur —, ut non inmerito palatinis officiis liberaliter hono- rentur, id est stabulariorum, gillonario- rum <sup>3</sup> , argentariorum coquorumque pre- positi, vel si qui preter his superiori			
15	ordine vel gradu procedunt; quos tamen omnes et regia potestas iugiter non habet ignotos, et nullis eos esse constat pravi- tibus aut criminibus implicatos. Quibus utique vera dicendi vel testificandi licentia,			
20	sicut et ceteris ingenuis, hac lege con- ceditur. De reliquis autem ad palatinum servitium pertinentibus, quicumque aliquem ad testimonium crediderit advocandum, non aliter ei fides adcommodabitur, nisi regie			
25	potestatis electio iusta et honesta per- miserit esse credendum, quod ille a se noverit esse testificandum.			

II, 4, 4. *Codd. R 1. 2. — l. 2. CHINDASVINDUS R 1; CHID R 2. || l. 5. super aliquem] 30 supra aliquo R 1. || l. 6. obiecerit] ingeberit R 2. si deest R 2. || l. 7. inpetierit] insercierit R 1. nisi — servi nostri] ita R 2, quae in R 1 manifesto scribae errore, a duplice voce nisi orto, omissa sunt. l. 9. hoc] hue R 2. || l. 10. mancipiantur R 2. 35 l. 12. stabulariorum R 2. || l. 13. argentariorum deest R 1. quorumque R 1; cocorumque R 2. l. 14. qui] ita corrixi (*cf. Erv.*); que R 1; quis R 2. preter] ita *Erv.*; pres (forte p̄f pro p̄r scriptum vel lectum est) R 1; deest R 2. his] qui add. R 2. 40 l. 15. hordine vel gradus R 2. procedunt R 2. l. 17. ignotos — criminibus] ignominibus R 2. l. 19. licentiam R 1. || l. 20. sicut et] sit ut R 2. l. 21. De deest R 2. || l. 22. servitium] ita R 2; officium R 1. pertinentium R 2. quicumque] 45 cumque R 2. || l. 24. adcommodavit R 1. l. 25. electio iusta et honesta] ita R 2; iusta et honestatem lectio R 1. || l. 26. a] ad R 1.*

II, 4, 4. *Codd. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15). — l. 1. IIIH] FLS CHS REX add. E 2; FLS GLS CHDS REX add. V 5; AN[TIQUA]. FLS CHDS REX V 4; ad Chindasvindi nomen ANTIQUA add. V 15; FLS GLS RCDS R V 6; FLS RECHARDS REX V 2. || l. 3. regiis E 1; regis E 2. || l. 7. etiam si] si etiam E 1. || l. 9. exceptis V 1. Pith. Mad. || l. 12. stabulariorum E 2. gelloniariorum V 3. || l. 13. coquorumque] ita V 2; coquorum quoque E 2; cocorumque V 1. 3. 5. 6; quoquorum quoicumque E 1; quorumque V 4. qui] quis E 1. his] ita E. V 2; hos V 1. 3. alii. l. 14. procedunt] ita E 2. V 3; procedunt cett. l. 17. implicitos V 1; inlicitos V 3. || l. 18. testifiandi] sit post add. al. m. E 2; negotia add. V 1. l. 23. quod] quos E 2. V 1.*

1) Cf. L. Rom. Vis. Paul. V, 18, 3 sqq. 2) Legislator prohibere voluit, quominus domini servos suos regi 'ad hoc' traderent, ut eorum testimonio uterentur; qui locus iam ab 50 eis, qui formam Ervigianam composuerunt, male intellectus est, quod ex incepta eorum correctione appareat. 3) Gillonarii sunt buticularii vel pincernae (gillo = vas fistile).

II, 4, 5. *Recc. Erv.]*

## V. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ne testes per epistulam testimonium reddant; et qualiter iniungi testimonium possit.

Testes non per epistulam testimonium dicant, sed presentes quam neverunt non taceant veritatem<sup>1</sup> nec de aliis negotiis testimonium dicant, nisi de his tantummodo,<sup>5</sup> que sub presentia eorum acta esse noscuntur. Certe<sup>2</sup> si idem testes, aut parentes vel amici, seu estate decrepiti vel infirmitate gravati aut in aliam et longinquam provinciam constituti, de re, que ipsis est cognita, testimonium aliquibus iniungendum putaverint, et si non sint omnes de uno territorio, qui testimonium dicendum committunt, in eo tamen territorio, ubi ille conmanet, qui plus ex his videtur idoneus,<sup>10</sup> congregentur et ante eiusdem territorii iudicem vel coram his, quos iudex elegerit, et mandatum faciant idoneis ingenuis, quibus voluerint, et quod illis est cognitum per condicionum seriem iurare procurent; qualiter, quibus testificandi vicissitudo committitur, id indubitanter, ubi necesse fuerit, suo sacramento confirment, quod iurare mandatores suos iustissime et evidentissime per semetipsos audierint. Aliter autem<sup>15</sup> mandatum de talibus negotiis editum apud omnes iudices erit semper invalidum.

II, 4, 6. *Recc.]*

## VI.

## FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De his, qui falsum testimonium dicunt.

Si quis contra alium falsum testimonium dixerit et in mendacio invenitur, aut certe si ipse dixerit, quia falsum testimonium dedit: si maioris loci persona est, det illi de propria facultate sua, contra quem falsum testimonium dixerat, tantum, quan-

*Erv.]*

## VI.

De his, qui falsum testimonium dicunt.

20

Si quis contra alium falsum testimonium dixerit et in meudacio inveniatur, aut certe si ipse dixerit, quia falsum testimonium dedit: si maioris loci persona est, det illi de propria facultate sua, contra quem falsum testimonium dixerat, tantum, quantum<sup>25</sup> per testimonium eius perdere debuit, et se testi-

II, 4, 5. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 19). — l. 1. FL. — REX] des. E. V 1. 3. 19; ANTIQUA add. V 4. 15. CHINDASVINDUS] ita R 2; CNHDUS R 1; CHDS V 4. 5; RCSDS V 2; GLS RCDS V 6. || l. 2. testis — reddat R 2. E 1. V 2. 3. rell. || l. 4. neverint V 1. 2. 6. 15. l. 6. idem] ita R. E 1. V 1; iidem V 3. 4. 5; hisdem E 2. V 2. 6. aut parentes des. R 1; aut deest E 2. 30 l. 7. seu] sue E 1; sibe E 2; sive V. aliam] ita R. E 2. V 2; alia E 1. V 1. 4. 6; aliena Mad. et] aut V 2. longinquam] ita R 1. E 2. V 2; longam R 2; longinqua cett. provinciam] ita R. V 2; provincia cett. l. 8. aliquibus — testimonium *hoc loco omittit* R 1, *ubi autem verba:* si non sint omnes de uno territorio qui testimonium committunt, in eo tamen territorio ubi ille conmanet *infra post* conmanet *inserta leguntur.* || l. 9. putaverint] ita E 1. V 2. 3. 5; patuerint R 2. V 1. 6; potuerit V. testimonio dicendo 35 R 2. || l. 10. territorium R 1. his] is V 3; ipsis E 2. V 2. 4; illis Mad. || l. 11. helegerit R 1. l. 12. idoneis — voluerint des. R 1. quod] ita R 1; de quod R 2. V 1; de quo E. V 2. rell. cognitum] ad personam suam add. Mad. || l. 13. condicionis E 2. V 4. 5. || l. 16. editum] edictum R 1. E 2.*

II, 4, 6. *Codd. R 1. 2. — l. 18. CHIND.] CNDS R 1; CHINDSD R 2. || l. 24. dederit R 2.*

II, 4, 6. *Codd. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17). — l. 17. VI] FLS CDS (CHNDS, CHDS) 40 REX add. E 2. V 2. 5; FLS GLS RCDS REX add. V 6. 17; ANTIQUA NOVITER EMENDATA add. V 15. || l. 22. invenitur E 1. V 3. 5. si certe E 1. || l. 23. quia] qui corr. quod E 2. V 6. dedi E 1. maior E 1. V 4. 6. 8. || l. 26. se testificare] 45 testificare E 2. V 3. 4. 5; se testificari V 1. 6.*

1) *Cf. Dig. XXII, 5, 3, § 4:* Alia est auctoritas praesentium testimoniis, alia testimoniorum, quae recitari solent. 2) *Cum iis, quae sequuntur, cf. Cod. Iust. IV, 20, 16 § 1; 21, 18; Nov. XC, c. 5.*

*Recc.]* tum per testimonium eius perdere debuit, et se testificare ultra non noverit. Quod si minoris loci persona est et non habuerit unde conponat, ipse tradatur in potestate illi, contra quem falsum testimonium dixerat, servitus. Quicumque autem vel beneficio corruperit aliquem vel circumventione qualibet falsum testimonium dicere persuaserit, dum evidens huius rei commentum patuerit, tam auctor sceleris, qui in interitum intendit alterius, quam his, qui rerum aviditate cupidus testificande prebuit falsitatis adsensum, pari simul sententia falsarii teneantur\*. 15

\*) R 2 addit: et insuper ad aliorum terrore centenis flagellis publice verberati turpiter etiam, ut digni sunt, ac viliter decalventur.

*Erv.]* ficare ultra non noverit. Quod si minoris II, 4, 6. loci persona est et non habuerit unde conponat, ipse tradatur in potestate illi, contra quem falsum testimonium dixerat, servitus. Nam omnino per talium testimonium, qui se primitus falsa testificasse prodiderint, causa ipsa revolvi non poterit; excepto si aliter evidentior ordo veritatis claruerit, id est aut per legitimum aliud et melioratum testem aut per iustos et legales ordines scripture. Quicumque autem vel beneficio corruperit aliquem vel circumventione qualibet falsum testimonium dicere persuaserit, dum evidens huius rei commentum patuerit, tam auctor sceleris, qui in interitum intendit alterius, quam is, qui rerum aviditate cupidus testificande prebuit falsitatis adsensum, pari simul sententia falsarii teneantur\*.

\*) E 1. V 2 addunt: et insuper ad aliorum terrore centenis flagellis publice verberati turpiter etiam, ut digni sunt, ac viliter decalventur. — V 1. 4. 5. 6. 8 addunt: atque insuper ad aliorum terrorem centenis flagellis publice verberati, turpiter decalvati perenni infamio subiacebunt.

25 *Recc. deest.*

*Erv.]*

## VII. FLAVIUS ERVIGIUS REX.

II, 4, 7.

De his, qui falsum probantur testimonium protulisse, et de spatio sex mensuum, quo testem liceat infamare, sive ut super mortuum non liceat testimonium dicere.

Falsorum testium obstinata nequitia nescit habere modum falsa dicendi, sed crimi crimen nititur copulare periurii. Et ideo, quia detestandos huiusmodi sceleris presumptores divina lex mortis sententia damnat, illos scilicet, quos contra fratrem suum falsum dixisse testimonium potestas iudicaria comprobat, nos proinde tam nefariis personis ausum secundo testificandi subducimus, quos non humanis, sed divinis

35 II, 4, 6. l. 2. se] sic R 2. || l. 5. potestatem R 2. || l. 10. commentum] conventum R 1. auctor R 2.

40

45 II, 4, 7. Codd. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5). 6. (8. 14. 15. 17). — l. 25. FL. — REX] ita E 2. V 2. 5. 6. 8. 15. 17; FL. CINDASVINDUS V 14; ANTIQUA add. V 15; EURIGIUS al. CHDS in margine add. V 17; des. E 1. V 1. 3. 4. || l. 27. mensuum] ita E; mensium V. quo] quod E 1. V 6. l. 28. ut deest V 2. 6. dicere] dare Mad. || l. 30. crimini deest E 1. V 4. || l. 31. testandos V 2. 3.

II, 4, 6. l. 1. minor V 4. 8. || l. 3. potestatem E 2. V 3. rell. illius V 1. 2. 5. 6. || l. 5. tale V 1; talis Mad. || l. 6. false E 1. V 3. prodiderit E 1. Mad. || l. 8. ordo] auctor V 6. || l. 9. aut deest V 2. 6. || l. 10. testem aliud et mel. E 2. V 1. l. 14. commentum] manifestum add. V 3. || l. 15. interitu E 1. is] his V 1. 6. || l. 16. testificandi E 2. V 4. 5. 6. || l. 17. ut falsarii V 1. 5. 6. || l. 19. terrorum V 2. || l. 22. atque] et V 4. 5. 8. || l. 23. et turpiter V 6; turpiterque V 8.

II, 4, 7. *Recc. deest.*

45 3) Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IV, 9. *Interpr.: Si aliquis mancipium manumittere praesumerit alienum . . . hac poena tenebitur, ut et manumissus a domino revocetur, et alia duo mancipia . . . dare cogatur.*

V, 7, 2. *Recc. Erv.]* sue partem de mancípio amittat, et mancipium ad integrum consors ille, qui non manumisit, obtineat<sup>1</sup>. Nam si partem suam, que in eodem mancípio illi debetur, absolvere voluerit, proiberi non poterit.

V, 7, 3. *Recc. Erv.]*

### III. ANTIQUA.

De his, qui se liberos proclaimaverint esse.

Si mancipia se in libertatem proclaimaverint, spatium et tuitionem arbitrio iudicis accipient, ut testes possint ad libertatis sue documenta perquirere. Sed tantum temporis spatium mancipiis concedatur, ut nec servitia dominis nec beneficia proclaimantibus denegetur.

V, 7, 4. *Recc. Erv.]*

### III. ANTIQUA.

Si ad servitium repetatur qui in libertate est constitutus.

Si in libertate constitutus ad servitium repetatur, non liceat eum in custodiam mitti ab illo, quo repetitur; sed iudicis reservetur arbitrio, si debeat sub fideiussore consistere, dummodo nihil violentie a pulsante patiatur.

V, 7, 5. *Recc. Erv.]*

### V. ANTIQUA.

Si ei, qui ad servitute repetendus est, aliquid auferatur.

Si quis homini ingenuo vel liberto aliquid tulerit, et postea eum sibi voluerit servum addicere, prius reddat quod tulit, et sic de eius conditione contendat.

V, 7, 6. *Recc. Erv.]*

### VI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si eum, quem aliquis coram iudice liberum esse dixerit, postea in servitio repetere vellit.

Qui suo testimonio coram iudice quemlibet esse liberum dixerit et postmodum eum ad servitium inclinare voluerit, alium illi mancipium e contrario reddat, et quem obprimere nitebatur, in libertate permaneat.

V, 7, 2. *l. 1. et deest R 1. || l. 3. si absolvere R 1.*

V, 7, 3. *Codd. R 1. 2. 3. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 14. 17. 18. 19). — l. 4. ANTIQUA] ita R 1. V 2. 6. 7. 17; deest cett. || l. 6. se deest R 2. E 1. V 3. 7. libertate R 2. E. V 1. 2. 6. 7. 18. arbitorio R 1; in arbitrio E 1. || l. 7. accipient] optineant V 2. 4. 8. || l. 8. servitium R 1; servitia corr. servitium V 6. || l. 9. denegetur] ita R. V 1. 7; denegentur cett.*

V, 7, 4. *Codd. R 1. 2. 3. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (14. 17. 18). — l. 10. ANTIQUA] ita R 1. 20 E 2. V 6. 7. 17; deest cett. || l. 12. custodia R 2. 3. E 1. V 2. || l. 13. quo repetitur] ita R 2. 3. E 1; quod repetitur V 7; qui repetitur R 1. V 3; quo repetit V 1; qui repetit cett. si] sic E 1. fideiussorem R 1.*

V, 7, 5. *Codd. R 1. 2. 3. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 15. 17. 19). — l. 15. ANTIQUA] ita R 1. V 3. 6. 7. 8. 15. 19; ANTIQUA NMENDA (*i. e. NOVITER EMENDATA*) E 2; ANTIQUA EMENDATA V 17; deest cett. || l. 16. servitute] ita R 1; servitium corr. servitute R 2; servitutem E 1. V 1. 2 35 et e corr. V 6; servitium cett. || l. 18. addicere] vindicare R 2. sic] sic post hec V 2.*

V, 7, 6. *Codd. R 1. 2. 3. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 15. 17. 19). — l. 19. FL. — REX] des. R 3. E 1. V 3. 4. 19; ANTIQUA V 8. 19; ANTIQUA FL. etc. V 6. 7. 17. Pith. CHINDASVINDUS] ita R 2; CNDS R 1; CDS E 2; CHDS V 1; GLS CHNDS V 2; GLS RCDS V 6; RCDS V 7. Pith. REX] ANTIQUA V 15. || l. 20. in servitio] ad servitium R 1; in servitium V 2. || l. 21. vellit] ita R 1. 40 E 2. V 7; velit cett. || l. 22. suo] sub Pith. || l. 23. inclinare] declinare R 1. alium] ita R 1. E. V 6. 7; aliut R 2; aliud cett. ej] e R 1; deest V 7. || l. 24. nitebatur] conabatur V 4. 8.*

1) Cf. L. Rom. Vis. Paul. IV, 11, 1. Interpr.: Si aliquis servum communem manumiserit, nec Latinum nec civem Romanum facere potest, et ideo portio eius manumissori perit et alteri domino ex integro, quasi eius tantum proprius fuisset, acquiritur.

*Recc. Erv.]*

## VII. ANTIQUA.

V, 7, 7.

*Si timore compulsus quisquam servum se esse dicat.*

*Qui<sup>1</sup> timore compulsus servum se esse*

*Recc. des. | Err.] extra iudicium*

*5 Recc. Erv.] dixerit, nullum preiudicium libertatis incurrat, donec in iudicio presentetur, ut libertatem suam, si probaverit, presente iudice obtineat, aut si servus convincitur, statim domino reformatetur.*

*Recc. Erv.]*

## VIII. ANTIQUA.

V, 7, 8.

*Si ingenuus ad servitium repetatur, vel servus se liberum esse dicat.*

*10 Si quis ingenuum ad servitium addicere voluerit, ipse doceat, quo ordine ei servus advenerit; et si servus ingenuum se esse dixerit, et ipse simili modo ingenuitatis sue firmam ostendat probationem. Iudex vero eorum recipere testimonium debet, quos meliores adque plures esse providerit. Quod si muneris acceptione corruptus iniuste curvaberit innocentem, tam iudex quam petitor*

*15 Recc.] falsarii pena multentur.*

*Erv.] secundum legem aliam de his, qui iniuste iudicaverint<sup>2</sup>, conponere non morentur.*

*Recc.] VIII. ANTIQUA.*

*Quare data libertas debeat revocari.*

*Qui servo suo vel ancille libertatem 20 donaverit, et presente sacerdote vel aliis duobus aut tribus testibus hoc factum esse constiterit, huiusmodi libertatem revocare non liceat, excepto si manumissori eum, qui manumissus est, iniuriosum aut 25 tumeliosum vel accusatorem aut criminatorem esse constiterit; pro quibus iniuriis*

*Erv.]*

## VIII.

V, 7, 9.

*Quare data libertas debeat revocari.*

*Qui servo suo vel ancille libertatem donaverit, et presente sacerdote vel aliis duobus aut tribus testibus hoc factum esse constiterit, id est, si ipsam libertatis scripturam coram legitimis testibus manifeste tradiderit atque ita per eandem libertatis scripturam definierit, ut ex tempore condite scripture liber ipse, qui est manumissus, permaneat, nihil sibi*

V, 7, 7. *Codd. R 1. 2. 3. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (14. 17. 19. 20). — l. 1. ANTIQUA] ita R 1. V 7. 17; ANTIQUA NMA (i. e.: NOVITER EMENDATA) E 2; deest R 2. 3. E 1. V 1—6. 14. 19. 20. l. 2. esse se R 1. || l. 4. extra iudicium des. R. || l. 5. in deest R 2. 3. E 1. V 3. 7. || l. 6. ut] ut aut 30 V 2; et E 2. aut] deest R 2; et al. m. corr. aut E 2.*

V, 7, 8. *Codd. R 1. 2. 3. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 14. 17. 18. 19. 20). — l. 8. ANTIQUA] ita R. V 6. 7. 17; ANTIQUA (ET) NOVITER EMENDATA E 2. V 2. 4. 8 (NVT EM V 2; AN. ET NOV MTA V 4; A. NMNDA E 2; . . . ET NOVITER EMENDATA V 8); deest E 1. V 1. 14. 19. || l. 9. vel] ita R. E 2. V 7; vel si cett. || l. 11. ei serviturus V 7. || l. 12. firmam] formam E 2. V 6. 7. recipere 35 test. debet] recipiat test. V 1. 2. || l. 13. adque pl. des. R 1. adque] ita R 2. E 2; atque ali. providerit R 3. V 3. 7. || l. 14. enravaberit] ita R 1. 2; turbaverit V 6; curvaverit R 3. E 1. V 2; curbaberit V 7; curaverit V 4; curia inverit V 1; incurbaberit V 3; incurvaverit V 17 (in marg.). 18; turbaberit E 2; turbaverit Pith. Mad. || l. 15. falsarii pena multentur (col. 1) R 1. 2 (man. 1). 3. secundum — morentur (col. 2) R 2 (man. 2). E. V. exceptis V 14. 17. 18. 20, ubi leguntur: falsarii pena multentur et 40 secundum legem aliam etc. || l. 16. iudicaverint] infligaverint V 7. moretur E 2. V 1. 3. 18.*

V, 7, 9. *Codd. R 1. 2. 3. V 7. — l. 17. ANTIQUA — debeat revocari des. R 3. || l. 22. revocari R 2. || l. 23. si deest V 7. manumissore R 1. || l. 24. iniuriose R 2. || l. 25. aut criminatorem des. V 7.*

V, 7, 9. *Codd. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. (8. 17). — l. 17. VIII] ANTIQUA add. E 2. V 2. 6. 17. || l. 21. si deest V 3. || l. 22. ipsam] ipsa E 2; ipse V 1. || l. 25. ipse] ille V 1. || l. 26. manmissus E 1.*

1) Cf. Pauli Sent. V, 1, 4: Qui metu et impressione alicuius terroris apud acta praesidis servum se esse mentitus est, postea statum suum defendantem non praeiudicat. 2) II, 1, 21.

V, 7, 9. *Recc.]* data libertas poterit revocari<sup>1</sup>. Si vero ipse, qui manumisit, dicat, quod sub alio placito eum libertaverit, testes, qui presentes fuerint, ante iudicem ipsum placitum dicere non graventur; et postmodum, quod placitum fuerat, stare iubemus.

*Erv.]* in eo conditionis reservans; huiusmodi libertatem revocare non liceat, excepto si manumissori eum, qui manumissus est, iniuriosum aut contumeliosum vel accusatorem aut criminatorem esse constiterit; pro quibus iniuriis data libertas 5 poterit revocari. Si vero ipse, qui manumisit, dicat, quod sub alio placito aut definitione eum libertaverit, si per scripturam definitio ipsa minime claruerit, testes, qui presentes fuerint, ante iudicem ipsum placitum vel definitio 10 nem dicere non graventur; et postmodum, quod placitum vel definitum fuerat, stare iubemus.

V, 7, 10. *Recc. Erv.]*

X. ANTIQUA.

Si libertus iniuriam faciat manumissori.

Si<sup>2</sup> libertus manumissori suo iniuriosus fuerit, aut si patronum pugno aut quolibet hictu percusserit vel eum falsis accusationibus inpetierit, unde ipsi capitnis periculum conparetur, addicendi eum ad servitutem habeat potestatem; ita tamen, ut apud iudicem probet causas superius comprehensas.

V, 7, 11. *Recc. Erv.]*

XI. ANTIQUA.

Ne contra patronum vel filios eius testificari audeat manumissus.<sup>20</sup>  
Filio<sup>3</sup> vel heredi manumissi libertatem revocare non liceat, sed prioris sui vel

V, 7, 9. l. 3. alio] aliquo R 3. V 7. || l. 4. iudice R 1. ipsut R 2. || l. 5. graventur] morentur R 3. || l. 6. fuerit V 7. stare] ita R 1. 3; stari R 2; istare V 7.

V, 7, 9. l. 1. reservans] servans V 4. 8. l. 2. libertas E 1. rebocari E 2; revocari V 2. 4. l. 5. esse se const. E 1. pro] de V 1. || l. 7. alio] aliquo V 2. definitione V 1. || l. 8. definicio V 1. 25 l. 10. definitionem — placitum vel des. E 1. l. 11. graventur] grabentur E 2; morentur V 2. l. 12. fuerit E 2. V 1. 2. 8. 17. stare] istare E 2; deest V 3.

V, 7, 10. *Codd. R 1. 2. 3. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 14. 17. 19. 20). — l. 13. ANTIQUA]* ita 30 R 1. V 2. 7. 17; deest R 2. 3. E. V 1. 3. 4. 6. 14. 19. 20. || l. 15. patronum] ita R. E 2. V 7; patronum suum cett. || l. 16. hictu] ita R. E 2; ictu alii. falsa accusatione V 4. 8. inpetierit] impigerit V 3.

V, 7, 11. *Codd. R 1. 2. 3. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 14. 17. 19. 20). — l. 19. ANTIQUA]* ita R 1. V 7; deest cett.

1) *L. Rom. Vis. C. Th. IV*, 10, 1: Libertis ingratia in tantum iura adversa sunt, ut, 35 si quadam iactantia vel contumacia cervices exerent aut levis offendae contraxerint culpam, a patronis rursus sub imperia ditionemque mittantur. *Interpr.:* Quaecumque persona servilis a domino suo fuerit consecuta libertatem, si postea superbire coeperit aut patronum, id est manumissorem suum, laeserit, amissa libertate, quam meruit, in servitum revocetur. *Ibid.* 10, 2: Liberti adversus patronos non modo non audiantur, verum etiam eandem quam patronis 40 ipsis reverentiam praestent heredibus patronorum, quibus ingratia actio, sicut ipsis manumissoribus, deferetur . . . Quod si delatores accusatoresque manumissorum heredumve esse praesumserint, eodem quo servi supplicio tenebuntur . . . *Interpr.:* Libertos non solum contra patronos, sed et contra patronorum heredes audiendos non esse . . . *Conc. Tolet. IV* (*a. 633*). *can. 68:* . . . liberto adversus ecclesiam, cuius iuris extitit, accusandi vel testificandi denegetur licentia; 45 quod si praesumpserit, placet ut . . . in servitutem propriae ecclesiae revocetur; cf. *can. 74*. 2) Cf. *leges n. 1 allegatas*. 3) Cf. *L. Rom. Vis. C. Th. IV*, 10, 2 (*supra n. 1*) et *Nov.*

**Recc. Erv.]** parentum factum sine excusatione custodiat; ita tamen, ut nec contra filios **V, 7, 11.** filiorum libertus vel omnis posteritas eius testimonium dicere permittatur, et si dixerint, non credantur a iudice, sed redeant ad pristinam servitutem. De aliis vero rebus aut causis contra patroni filios vel nepotes tantum pro suo iure iuste contendant.

5 **Recc. Erv.]** XII. FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX.

**V, 7, 12.**

Ne testifcent manumissi.

Libertus<sup>1</sup> vel liberta in nullis negotiis contra quemquam testimonium dicere admittantur, excepto in aliquibus causis, ubi ingenuitas deesse dinoscitur, sicut permisum est et de servis; quia indignum nostra pensat clementia, ut libertorum testimoniis ingenuis damna concutiantur. Qui vero de eisdem fuerint progeniti,

**Recc. deest. | Erv.]** omnismodis

**Recc. Erv.]** ad testimonium admittantur.

**Recc.]** XIII. ANTIQUA.

De rebus manumissi, si absque 15 legitimis filiis moriatur.

Si manumissus sine filiis legitimo coniugio natis transierit, et ei patronus in libertate aliquid donaverit<sup>2</sup>, aut forsitan de eius servitute discesserit et alibi se

**Erv.]** XIII.

De rebus manumissi, si absque legiti- 15 mis filiis moriatur.

Si manumissus sine filiis legitimo coniugio natis transierit, et ei patronus in libertate aliquid donaverit, aut forsitan de eius servitute discesserit et alibi se contulerit, omnia ad patronum sive ad

20 **V, 7, 11. l. 2.** permittatur] ita *R. V 1. 7*; permittantur *cett.* || *l. 3.* dixerit *R 2. 3. E 1. V 1.* credatur *R 2. 3. V 1. 6. 7*; credatur ei *E 1.* || *l. 4.* tantum] tam *R 1*; *deest V 3.* contendat *R 3. E 1. V 1. 7.*

**V, 7, 12. Codd. R 1. 2. 3. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (15. 17. 19. 20). — l. 5. FL. — REX]** FLS GLS RECDS REX *E 2*; FLS GLS RCDS REX *V 2. 6*; FLS GLRS RCHDS REX *V 7*; FLS GLS RECAREUS REX *V 1*; FLS RCHDS *V 4*; FLS RCDS REX *Pith.*; F. RECESVINTUS *R. V 17. Mad.* 25 **ANTIQUA R 1. V 15; inscriptio deest R 2. 3. E 1. V 3. 19. 20. || l. 8. non amittantur E 1. || l. 9. pensat nostra R 2. V 1. — testimonia E 1; testimonium V 7. || l. 10. concutiatu R 1. — eisdem] ita *R. E 1. V 2*; eis *E 2*; hisdem *V 6. 7*; iisdem *alii.* progeniti] ita *R. E 1. V 3*; geniti *V 7*; procreati *cett.* l. 11. omnismodis *deest R. E 1.***

**V, 7, 13. Codd. R 1. 2. 3. V 7. — l. 13. AN-** 30 **TIQUA deest R 2. ANTIQUA — moriatur des.** *R 3.* || *l. 16.* legitimo ex coniugio *V 7.*

**V, 7, 13. Codd. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. (8. 15. 17. 19). — l. 13. XIII] ANTIQUA add. *V 3. 8. 15;* ANTIQUA. FLS GLS RCDS REX add. *V 6. 17. Pith.*; FLS GLS RCDS REX add. *V 4. l. 15.* moriantur *E.* || *l. 16.* filio *E 1.* legitimo] ita *E 1. V 3;* de legitimo *cett.* || *l. 18.* servitute] ita *E. V 2. 6;* servitio *cett.* || *l. 19.* alibi] ita *E. V 3;* alio *cett.***

35

**Val. III. 24 (L. Rom. Vis. Val. 6) § 9:** statuimus et iubemus, ut adversum manumissoris filios et nepotes liberti libertaeve in nullis omnino causis testimonium dicant . . . *Interpr.:* Contra filios vero vel nepotes (manumissoris) nec libertus nec liberta testimonium dicere in qua-40 eumque causa praesumant. 1) *Legem antiquam, quae libertorum testimonium, ingenuis testibus deficientibus, admitti praecepit, in Codice Euriciano exstitisse, ex Gundobadi Lege Burgundionum suspicamur, ubi leguntur t. 60, 3:* Libertos etiam, si competens ingenuorum numerus defuerit, patimur testimonium perhibere. *Cum vero in nostra lege verba in aliquibus causis et siue permisum est et de servis haud dubie ad Reccessvindi legem II, 4, 10 spectent, verba autem:* 45 *quia indignum etc., ad legislatorem potius libertorum testimonium restrigentem quam introducentem pertinere videantur, existimo etiam hanc nostram legem a Reccessvindo datam antiquiorique illi-Euricianae esse substitutam.* Ideoque inscriptionem ANTIQUA, quam praebet codex *R 1,* reiciendam et ex aliis codicibus Reccessvindi inscriptionem recipiendam duci. 2) Cf. supra *V, 7, 1 et p. 235, n. 2.*

V, 7, 13. *Recc.]* contulerit, omnia ad patronum sive ad eius heredes sine dubio revertantur. Quod si forsitan in terra patroni consistens aliquid de labore suo adquisierit, medietas exinde in patroni potestate consistat, et de alia medietate libertus faciendi quod voluerit in eius potestate permaneat. Quod si alium patronum sibi elegerit et sub eo aliquid adquisierit, medietas adquisite rei ad manumissorem concurrat, alia vero medietas ad manumissi proximos, sive servi sint, sive liberi, sine dubio revertatur, vel in quem voluerit hanc medietatem conferendi habeat potestatem<sup>1</sup>. Illud vero, quod ei manumissor donaberit, in patroni potestate permaneat. Similis et circa ancillas manumissas forma servetur.

*Erv.]* eius heredes sine dubio revertantur. Quod si forsitan in terra ipsius patroni consistens, qui eum manumisit, aliquid de labore suo adquisierit, medietas exinde in patroni potestate consistat, et de alia medietate libertus faciendi quod voluerit in eius potestate permaneat. Quod si alium patronum sibi elegerit et sub eo aliquid adquisierit, medietas adquisite rei ad manumissorem concurrat, alia vero medietas ad manumissi proximos, sive servi sint, sive liberi, sine dubio revertatur, vel in quem voluerit hanc medietatem conferendi habeat potestatem. Illud vero, quod ei manumissor donaverit, in patroni potestate permaneat. Similis et circa ancillas manumissas forma servetur. Hoc tantum iustitia suadente 15 adicimus, ut nullus libertus sive liberta, a domino vel domina sua libertate percepta, manumissores suos, dum advixerint, derelinquant. Quod si facere presumpserint, et rem, quam perceperunt, amittant et ad domini vel domine sue inviti reducantur obsequia.

V, 7, 13. l. 2. revertatur R 1. || l. 3. forsitan R 2. V 7. || l. 5. in deest V 7. || l. 8. helegerit R 1. || l. 10. manumissorem R 3. V 7. concurrant R 2. || l. 12. liberi] sint add. R 1. || l. 13. revertantur R 1. || l. 15. Illud R 2. V 7. donaberit ita R 1; donaverit R 2. 3; hordinaverit V 7.

V, 7, 13. l. 1. eius] ita E 2. V 1. 2. 6; suos cett. || l. 2. consistens qui eum manumisit] ita E. V 1. 2. 6; qui e. m. cons. aliū. || l. 3. suo] eius 25 V 6. || l. 4. medietas adquisite rei E 2. V 1. 6. l. 5. de alia medietate] aliam medietatem E 2. l. 6. in eius p. permaneat] habeat potestatem V 4. l. 9. a manumissi E 1. || l. 10. liberi] liberti V 8. 15; libere corr. al. m. liberti E 2. || l. 11. rebertantur E 2. quem] quo E 2. voluerint E 2. V 6. || l. 12. conferendi] transferendi V 2. illud] ille E 2. || l. 13. donaberit E 2; donabit V 3. l. 14. ancillis E 2. || l. 15. sua iustitia E 2. l. 17. a domino vel domina sua] ita E. V 2; a 35 domino vel a domina sua V 1. 3. 6; a domina vel domino suo Mad. || l. 18. vixerit V. || l. 20. perceperunt] ita E 1. V 1; perceperunt corr. perceperint V 6; perceperant V 15; perceperint cett. l. 21. inviti deest E 1. || l. 22. obsequio E 2; 40 obsequium V 2.

1) *Legislator hanc sententiam et praecedentem, hanc immutatas quidem, ex Nov. Val. III. 24 (L. Rom. Vis. Val. 6) hausisse videtur, ubi leguntur § 7: Nam si nec filios habuerint nec nepotes, reliquerint tamen patrem, matrem, fratrem, sororem pari libertate gaudentes, medietateni sibi intestatae successionis haec de supra dietis persona defendat, quae gradu potior 45 invenitur; aliam vero medietatem manumissorum reservamus heredibus.*

*Rec. Erv.]*

## XIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

V, 7, 14.

De conditionibus a manumissore in scripturam manumissi conscriptis.

Qui mancipium suum per scripturam liberum faciens constituerit fortasse, non licere ei de peculio suo aliquid iudicare, si quid exinde libertus libertave distraxerit vel 5 donaverit, modis omnibus invalidum erit, patronus eius scilicet aut patroni filii omnia sibi vindicaturi. Certe si nulla talis condicio intercesserit, liberum erit illi, qui liber est redditus, de peculio suo facere quod voluerit; aut etiam si inhordinatus moriens filios legitimos non reliquerit, vel aliam quamcumque conditione dominus eius per eandem libertatis scripturam non statuerit, ad patronum aut ad patroni filios universa 10 res eius ad integrum pertinebit<sup>1</sup>.

*Rec. Erv.]*

## XV. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

V, 7, 15.

De libertatibus servorum fiscalium.

Si res ambigua nequaquam occurrerit, nulla futuris temporibus legem dandi necessitas inmineret. Quia ergo sub libertatis obtentu fiscalium sepe subreptione 15 servorum fisci vires adtenuantur, non invidemus bene meritis, sed obviamus fraudulenter incautis, statuentes scilicet, ut non aliter deinceps conlata servo fisci libertas nullatenus valeat, nisi regie manus fuerit stilo suscripta<sup>2</sup>.

*Rec. Erv.]*

## XVI. ANTIQUA.

V, 7, 16.

De libertis et rebus fiscalium servorum.

20 Servis nostris sine permesso nostro libertatem mancipiis suis dare non sinimus. Quod si dederint, libertas data non valeat; sed hec tantummodo libertas habeat firmitatem, que ex nostra preceptione conceditur. Simili modo servis nostris mancipia sua aut terras ad liberos homines non liceat vinditione transferre, nisi tantummodo aliis servis nostris vendendi habeant potestatem. Quod si terras sive mancipia ecclesie

<sup>25</sup> V, 7, 14. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 15. 17. 19). — l. 1. FL. — REX] des. E. V 3; ANTIQUA V 15. CHINDASVINDUS] ita R 2; CNDS R 1; CHDS V 1. 4. 6. 7; GLS CHND S V 2. || l. 2. ad manumissorem R 1. scripturam] ita R 1. E. V 7; scriptura cett. || l. 3. constiterit R 1. || l. 4. aliquid iudicare] facere quod voluerit V 15. vel donaverit des. V 2; aut don. V 1. 6. l. 6. vindicaturi V 1; vendicent V 4. liber] libertus E 2. V 1. 6. || l. 7. inordinatus E. V. || l. 8. re-30 linquerit E 2. V 6. 7. vel] aut Mad. alia quamcumque R 2. conditionem E. V. || l. 9. libertatis deest R 1. statuerit] instituerit V 1. 2. 4. Pith. patronu R 1. ad deest R 1. 3. || l. 10. pertinebit] vendicabit V 6. V, 7, 15. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (14. 15. 17. 19). — l. 11. FL. — REX] des. E 1. V 19; FL. RECESVINTUS REX V 15. CHINDASVINDUS] ita R 2; CNDS R 1; CHND S E 1. V 2; CHDS V 4. 7; GLS CHDS V 1; CTS V 3; GLS V 6. || l. 13. occurrerit] ita R. E 2; occurreret 35 cett. dandi necessitas] damne R 1. || l. 14. Quia] Quid R 1. subreptione] suprestitione R 1; sub- prestatione V 7; subdireptiones E 2. || l. 17. nullatenus] ita R 1. E 2. V 1. 2. 6; deest V 3; ultenus R 2; ullatenus cett. valeat] abeat E 2; deest R 2. V 3. manu V 7. stilo] titulo V 14. subscripta E 1. V.**

V, 7, 16. *Codd. R 1. 2. 3. E 1. 2. V 1. 2. (3. 4). 6. 7. (8. 17. 19. 20). — l. 18. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 7. 8; A. EMENDATA V 17; deest cett. || l. 20. permesso nostro] ita R 1. 2. E. V 7; per- missione nostra R 3; permisu nostro cett. mancipia R 2. suis — sed hec tan des. R 2. || l. 21. hec] nec R 1; deest R 2. || l. 22. ex nostra] extra R 2; extra al. m. corr. ex nostra E 2. || l. 23. vin- ditione] ita R; vindicationem E 2; venditione cett. || l. 24. ecclesiis E 1. V 1. 2. 6.*

1) Cf. legem superiorem et Nov. cit. § 7: medietatem manumissorum reservamus heredibus, 45 quos tunc respiciet omnis hereditas, si intestato expressa necessitudinum nomina defuisse constiterit. 2) Antea fortasse servi fisci manumittebantur ab actoribus fiscalium patrimoniorum ex praeceptione regis, ut in regno Francorum fieri solebat a domesticis fiscorum regalium; cf. Marculfi form. I, 39. II, 52, Form. p. 68. 106.

V, 7, 16. **Recc. Erv.]** sive pauperibus donare voluerint, donatio hec vel voluntas nulla ratione subsistat<sup>1</sup>. Illut enim eis tantum pietatis contemplatione concedimus, ut pro animabus suis ecclesie vel pauperibus de aliis facultatibus largiantur. Et si preter terras vel mancipia nihil habeant facultatis, tunc de terris adque mancipiis eis vendendi tribuimus potestatem; ita ut, sicut supra dictum est, a servis nostris tantummodo, quod conservus eorum vendiderit, conparetur, nec liber ullus ad contractum huius emtionis adspiret. Pretium autem, quod de terra vel mancipiis acceperint, erogare pro animabus suis ecclesie vel pauperibus non vetentur.

V, 7, 17. **Recc. Erv.]** XVII. FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX.

Ne liberti vel progenies eorum cum posteritate patroni aut coniugia 10 conectant aut eis insolentes existant.

Interdum vidimus excessum licentiamque servorum, et dolore coacti sumus ignominia dominorum. Quidam enim, a dominis suis libertate percepta, generationis progenie decurrente, adtemtant aut ipsi aut posteritas eorum cum progenie dominorum vel indecens copulare coniugium vel molestias inferre posteritati manumittentium. 15 Sicque in adversum parte conversa, quia ingenita libertas gratie dono fit nobilis, ideo generosa nobilitas inferiori tactu fit turpis; adque inde claritas generis sordescit commixtione abiecte conditionis, unde abdicata servitus ad tollit titulos libertatis. Ut ergo et nature splendor ortus sui dignitatem non careat, et servitus sivimet reminiscens indebita et inconcessa non adaptet, bene iubetur, ut, si quorumlibet quicunque 20 liberti sive ex eorum stirpe quandoque progeniti ex genere manumissorum vel ex his decurrente quamvis longa progenie presumserint adtemtare<sup>2</sup>, aut manu-

V, 7, 16. l. 3. facultatibus suis *Mad.* || l. 5. sicut *deest* V 2. 7, *al. man. post add.* E 2. conservos eorum vendiderit *R 2*; conservus vendiderit *Mad.*; conserbis eorum vendiderint *E 2. V 7*; servi eorum vendiderint *cett.* || l. 6. liber] libertus V 4. 8. ullus] nullus V 7. emtionis] cessionis E 1. 25 l. 7. terra] ita R. E 1. V 1. 6. 7; terram *E 2*; terris *cett.* de mancipiis *E 2. V 2.* || l. 8. eclesie *R 1*; ecclesiis V 2. 4. 6. 8. vetetur V 2.

V, 7, 17. *Codd. R 1. 2. 3. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 14. 15. 17. 19. 20). — l. 9. FL. — REX des. R 3. E 1. V 3. 15. 19; ANTIQUA V 20. GLOR. *deest* E 2. V 4. 7. 8. RECC.] RECÖDS R 1; RECESSVINTUS R 2; RECNDIS V 7; RCDS V 2. 6; RCHDS V 4; RECAREUS V 1; CHDS V 8. 30 l. 10. Ne — existant *des.* R 3. Ne liberti] De libertatis R 1; Ne libertati V 2. cum posteritate] cum *deest* R 2; cum postremitate V 7; in potestate R 1. || l. 11. conectant] ita R. E 2; connectent V 1; innectant *e corr.* V 6; nectant V 7; connectant *alii.* insulenter R 1; inconsulentes E 1. || l. 12. Interdum dum E 1. dolore] ita R 1. E. V 1. 2. 6. 7; dolorem V 3; dolere R 2. Pith. *Mad.* || l. 13. ignominiam E 1. V 3. 4. 6. Pith. *Mad.* || l. 14. progenies R 1. decurrent E 1. adtemtant aut] ita E 2. V 1. 3. 35 *alii;* adtemta ut R 1; adtentant aut R 2; adtemptant aut E 1. V 2. progenie R 1. || l. 15. indecens] ita R 1. V 2. 7. 14; deindecens E 1; deinceps *cett.* posteritatis E 1; potestati R 2. || l. 16. Sitque R 1; Sique R 2. ingenita *post corr.* ingenuita R 1; ingenuitatis R 3; ingenui V 7. dei gratie V 2. fit fiat E 2; sit V 1. 6. || l. 17. tactu] tantum R 1. sit turpis V 1. 6. commissione R 1. || l. 18. abiecte] obiecte V 1; adiecte E 2. V 7. abdicata] addita R 2; abdicta E 1; abtita V 3. ad tollit — non 40 caret et servitus *des.* R 1. titulus E 1. || l. 19. hortus R 2. V 7. dignitatem] ita R 2. E 1. V 6; dignitate R 3. E 2. *cett.* sivimet] ita R 1. E 2; sibimet *cett.* || l. 20. adaptet R 1; pateat V 7. l. 21. libertus R 1; libertis R 2. V 7. || l. 22. his] ita R. E 1; eis E 2. V 1. *alii.* progenie R 1.*

1) Cf. Conc. Tolet. III. can. 15: Si qui ex servis fiscalibus fortasse ecclesias construxerint easque de sua paupertate ditaverint, hoc procuret episcopus prece sua auctoritate regia con- 45 firmari. 2) Cf. L. Rom. Vis. Paul. II, 20, 6: Libertum, qui ad nuptias patronae vel uxoris filiaeque patroni affectaverit, pro dignitate personae metalli poena vel operis publici coereceri placuit. *Interpr.:* Libertus, qui ad coniunctionem patronae vel patroni filiae adspirare tentaverit, in metallum detrudatur; Dahn, 'Könige' VI<sup>2</sup>, p. 184, n. 1.

**Recc. Erv.]** missores vel eorum posteritatem ipsi vel eorum prosapies extra iusta **V, 7, 17.** negotia sua propter suas vel propter aliorum actiones convexaverint aut lesinent eisque molestias sive damna concusserint vel aliquid adversus eos factione quacumque egisse visi fuerint, in eorum, quos molestaverint, evidenti servitute mox redeant. **5 Quia impium satis est, ut, dum condicio servitutis absolvitur, dignitas libertatis impediatur, et dum servus erigitur, filius abdicetur, adque inde filii sustineant damna, unde ad nocendum potiuntur servi licentia.**

**Recc. Erv.] XVIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX.**

**V, 7, 18.**

**Ne liberti religiosi ad obsequium reducantur heredis.**

**10 Quoslibet de corumcumque libertis aut specialiter ecclesiastici dignitas sublimavit honoris aut prefixis sanctorum locis deputavit vel ordo religionis vel ordinatio manumittentis, non erunt ad hominum patrocinium reducendi contentione qualibet heredis. Quod enim gloriosius Deo adherere censetur, obsequiis hominum religari honestate nulla sinitur.**

**15 Nov.]**

**FLAVIUS GLORIOSUS EGIGA REX.**

**V, 7, 19.**

**De libertis regum eorumque posteritate, qualiter exercitus tempore ad regiam potestatem concurrant, vel cum quibus eos in publica utilitate proficiisci oporteat.**

**20 Tunc<sup>1</sup> recte nostri regiminis patriam promulgatis legum censuris legaliter procuramus, cum et his, qui contra hostes glorie nostre decertantur, utilitatem maximam providemus et vindicatores terre nostre procul dubio cernimus. Et licet favente Deo gentes nostre affluant copia bellatorum, nihil tamen officit, si de illis augeatur insuper nostra acies ad repulsionem hostium externorum, qui ex familiis fisci per regias auctoritates libertatis gratiam**

**25 V, 7, 17. l. 1. prosapies] ita R 1. 2. E 1. V 3. 4. 7. 8. 14. 15. 20; progenies R 3. E 2. V 1. 2. 6. Pith. Mad. iusta] iuxta R 1. E 1. || l. 2. alienorum V 6. || l. 3. eisque — concusserint des. R 1. concuserint R 2. || l. 4. evidenter] ita R. E 2. V 1; evidenter V 2. 7; evidenter V 6; evidenter V 3; et viderint E 1; evidenter Pith. Mad. servitute] ita R 2. 3. E. V 1. 7; servitutem cett. || l. 5. ad solvitur R 1. || l. 6. impediatur] inpendatur R 1. adque] usque E 1.**

**30 V, 7, 18. Codd. R 1. 2. 3. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 15. 17. 19). — l. 8. FL. — REX] ANTIQUA add. V 7; des. R 3. E 1. V 3. 4. RECC.] RECÖDS R 1; RECESSDS R 2; RCDS E 2. V 6. 7; RCSDS V 2; RECARCUS V 1. || l. 9. ad deest R 1. || l. 10. Quodlibet] Quodsi libet E 1; Quolivet E 2. quorumcumque R 3. E. V. libertis] aut specialiter testis add. V 7. ecclesiastici R 1; de ecclesiastici E 1. dignitatis V 4. || l. 11. deputabit R 2. E. || l. 12. ad hominum] ita R. E 2. 35 V 1. 2. 4. 6. 8. 15. 17. Pith.; ad omnium V 7; ad finem (i. e. a dominum) V 3; ad hominum E 1; ad dominium Mad. patrocinio E 1; patrociniumque Mad. reducentur E 2. || l. 13. gloriosus R 1; gloriosissimo R 3. adherere cens.] aderere c. R 2. E 2; addere recensetur E 1. ut obsequiis E 1.**

**V, 7, 19. Codd. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 12. (15). 17. (18. 19. 20). — l. 15. FL. — REX] ita V 1. 2. 7. 8. 17. 19; des. V 3. 4. EGIGA] EGICA V 7. 8. 17; RCDS V 6. || l. 16. postremitate V 7. 40 l. 17. concurrant] recurrant V 2. vel] ita V 1. 6. 7. 12; et cett. || l. 18. prof. op. in publ. ut V 2. l. 19. Tunc] Nunc V 1. recte] rite V 3. 7. legaliter] ita V 1. 2. 4. 6. 8. 12. 17; regere V 3. 7. Mad.; regia corr. regiæ V 6. || l. 20. hostem V 3. 4. decertant V 4. 8. 12. Pith. Mad. || l. 21. utilitatem max.] utilitate maxima V 2. 4; cautela maxima V 3; tela maxima V 6. 7. || l. 22. gentis nostræ affluat V 7. copie V 7; copia corr. copiæ V 6. nichil V 1. 2. 6; nil V 7; deest V 3. || l. 23. officit] officio V 2. 4; efficit V 8. augeantur V 3. 6. 7. nostræ accies V 6; nostre aciens V 7; nostra deest V 4. Mad. l. 24. libertatis deest V 4. 8. 12.**

1) *Haec lex novella Egicani regis supplemento est legi Ervigii IX, 2, 9.*

V, 7, 19. Nov.]

meruerunt<sup>1</sup>. Unde, quia necesse est, ut illic prebeant ex ratione suffectum, unde meruisse letantur absolutionis statum, ob hoc speciali sanctione iubemus, ut deinceps tam ipsi quam omnis eorum posteritas tempore exercitus nostri omnes ad regiam celsitudinem incunctanter occurrant, ut, cum quibus exercitus expeditionem peragere possit, presentialiter eos clementia principalis instituat. Quicumque vero ex eis, ut dictum est, tempore exercitus domi residere presumperit et minime cum ceteris, sicut regalis ordinatio fuerit, in publicam expeditionem perrexerit, noverit se ad proprie servitutis iugum reverti, ex quo eruptus libertatis meruerat personam adsumere. Illi tantummodo hanc erunt sententiam modis omnibus evasuri, qui, ordinante principe, duce vel comite suo, aliquid iniunetur pro publicis utilitatibus ad peragendum accepert, vel quos patens egritudo aut quorundam impedimentum<sup>2</sup> nullatenus properare permisit.

V, 7, 20. Nov.]

## FLAVIUS\* GLORIOSUS EGIGA REX.

\*) V 15. 19. 20: FLAVIUS EGICA ET VITIZA REGES.

15

## De\*\* transgressionibus libertorum.

\*\*) V 15: De manumissis, ne manumissores suos derelinquant; V 17. 18. 20: Ne liberti suos manumissores derelinquant.

Sepe<sup>3</sup> vidimus multosque cognovimus libertos relinquentes manumissores suos, quos et dominos esse testamur; set quia voluptuosa voluntate, dum laxato freno inspiciunt servituti, equales se dominis suis vel eorum successoribus esse attendunt, quod et manumissores se adfirmant. Quod nos modo et debita veneratione et salubri ordinatione censemus, ut quicunque libertus seu

V, 7, 19. l. 1. illuc] illi V 1. 7. 8. 12. ratione] natiōne V 6. 17 (*in margine*). Pith. suffectum effectum V 3. || l. 3. ut et deinceps V 6. posteritas] progenies V 6. exercitui V 7. nostri deest V 2. 25 6. 8. 12. || l. 4. incunctanter ad regiam celsitudinem V 2. cum deest V 1. || l. 5. possint V 6. 7. 18, in marg. V 17. || l. 6. domui V 1. 8. || l. 7. regalis] legalis V 12. in publica expeditione V 6. 7. 8. 12. || l. 10. duce deest Mad. || l. 11. pro] in V 3. 8. Mad. || l. 13. permisit] ita V 1. 2. 6. 12; permiserit cett.

V, 7, 20. Codd. R 2. E 2. V 1. 2. 3. (4). 6. (8. 13. 15. 16). 17. (18). 19. (20). — l. 14. FL. — 30 REX] FLAVIUS GLORIOSUS EIGA REX R 2; FLS EGIGA REX V 1. 2. Pith.; FLBS (FLS) EGICA REX V 8. 12. 17. Mad.; JUNZA. VVITIZA. HUNITA V 17 *in marg.*; *inscriptio deest* E 2. V 3. 4. 6. l. 15. REGUM V 19; ANTIQUA add. V 15. || l. 16. transgressione V 3. || l. 19. vidimus] ita R 2. V 3. 15. 16. 18. 19. 20; audivimus cett. || l. 20. testamus E 2. set] ita R 2. E 2. V 16. 18; sed V 2; et V 13; deest cett. voluptuosa voluntate] ita R 2. V 1. 17; voluptuosas voluntates V 2. 3. 4. 6. 8; voluptuosa 35 voluntas V 16; voluptuosa enim voluntas V 19; voluntas . . . (quaedam erasa) E 2; voluptuosam voluntatem Mad. || l. 21. laxato freno] ita R 2. E 2. V 2. 4. 6; laxatum frenum V 3. 16. 18; relaxato fr. Pith. Mad. inspiciunt servituti] ita R 2; inspiciunt servitutis V 16. 18; servitutis erumpunt V 2. 6. 17. Pith.; s. eripiunt V 4; servitutis habuerint Mad.; serbitutum iugo (e. corr.) abuerint E 2; servitutis iugum erunt V 3. se] deest V 3. 8. Mad.; se esse R 2. dominis suis] his dominis suis V 6; 40 his dominis V 3. vel eorum successoribus esse des. R 2. || l. 22. esse] se esse Mad. attendunt quod et manumissores se] restitui ex R 2. V 16. 18. 19, quae ceteris desunt; attendunt quos e manumissuros R 2; attendunt quod et manumissores V 16; attendunt quos et manumissores esse V 18; attendunt quod et manumissores ita se V 19. affirment Pith. et debita] et deest V 6. 19. || l. 23. censemus] valiturae (valitura V 1. 17) legis (lege V 17) censemus atque iubemus V 1. 17. Pith.; censemus et valitura legi sancimus V 13. Mad. seu] aut V 1. 3. Mad.

1) Cf. V, 7, 15.

2) Cf. supra p. 67, n. 1.

3) Cf. V, 7, 9. 10. 11. 17.

**Nov.]** liberta vel filii libertorum — ita\*\* valitura lege iubemus — si manumissoribus **V, 7, 20.**  
 suis sive etiam filiis prolibusque vel nepotibus eorum, vel qui ex nepotibus  
 fuerint geniti, inobedientes extiterint aut quocumque tempore de eorum  
 patrocinio quacumque subtilitate aut ingenio vel argumento fraudis vel leviter  
 de eorum patrocinio se auferre voluerint, tunc in tempore transgressionis eorum  
 careant libertatem. Filii tamen, qui ex eodem liberto fuerint geniti trans-  
 gredientem predicte constitutionis terminum, superiori lege tradendi sunt  
 perenniter servituri.

10           \*\*) *Pro ita — (l. 3) extiterint aut praebet V 2: extiterint, si parvipendentes manu-  
 missores suos sive eorum filios vel nepotes prolesque eorum, que fuerint genite  
 ex nepotibus eorum.*

**V, 7, 20.** *l. 1. ita valitura lege iubemus] des. V 1. 2. 3. 6. Pith. Mad.; ita v. l. sancimus V 13;  
 ita ut valetudo legis huius iubemus V 19. si] deest V 1; ut si E 2. V 3. manumissi manumissores suos  
 V 19. || l. 2. sive etiam filiis — fuerint geniti] ita V 1. 17. Pith.; sive etiam filiis prolibusque vel  
 15 nepotibus eorum vel qui ex eis fuerint geniti V 8; sive etiam filiis vel nepotibus plerosque neptibus  
 fuerint geniti R 2; prolibusque ex nepotibus eorum man. 1, quibus man. 2. praemisit: sive eorum filiis  
 bel nepotibus eorum E 2; sive etiam filiis vel nepotibus suis prolibus atque sive successores et nepotibus  
 eorum f. g. V 3; sive etiam filiis vel nepotibus eorum prolibusque qui ex nepotibus f. g. V 6; sive  
 eorum filiis vel nepotibus suisque prolibus qui ex nepotibus f. g. Mad.; sive et filiis atque nepotibus  
 20 vel quicquid ex nepotibus eorum fuerint proieniti V 19. || l. 3. inobedientes — in tempore des. R 2.  
 inobedientes extiterint aut] ita V 1. 8 et al. man. suppleta E 2; superbientes ac inobedientes ex-  
 iterint aut V 17. Pith.; des. hoc loco cett. tempore] superbientes extiterint add. V 6. de eorum  
 patrocinio] ita E 2. V 1. 3. 6. 17; des. h. l. V 2. Pith. Mad. || l. 4. quacumque] per quacumque E 2;  
 per quamcumque V 2; per quamlibet V 6. 8; pro qualibet V 3; qualibet V 19. subtilitatem aut in-  
 25 genium V 2. 6. 8. vel argumentum V 2. vel leviter de eorum patrocinio se auferre] ita V 1. 2. 17;  
 vel leniter de e. p. se a. E 2; vel leviter se de eorum p. auferre V 6; se vel leviter auferre V 3. Mad.;  
 auferre V 8. 18. 19. || l. 5. tunc] tales V 2. eorum] ita R 2. E 2. V 1. 6. 17. 19; et deinceps suorum  
 V 2. || l. 6. libertatem] ita R 2. E 2. V 6; libertate cett. ex eodem liberto] ita R 2; ex ipsis libertis  
 V 16. 18. 19; ex eis parentibus V 13; ex eodes (*sic!*) parentes E 2; ex iisdem V 2; ex eis V 6; ex  
 30 eadem V 3; de hisdem V 1; de iisdem Pith. Mad. transgredientem] ita pro transgrediente R 2; trans-  
 gredientes V 18; si transgredientes V 19; oberrantes V 2. 3. 6 et in marg. V 17; oberantes E 2;  
 sic errantes V 17. Pith. Mad. || l. 7. predice — lege] ita V 19; pred. const. t. superiore lege  
 V 13; predice constitutionis termino superiori lege R 2; pr. const. terminum superiori legem V 3; pr.  
 const. terminum superioris legis E 2; pr. const. terminum perpetuum superiori lege V 2; pr. const.  
 35 terminum predicta superiori lege V 18; predicta constitutione predice superioris lege V 6; predicta  
 superioris legis constitutione V 1. 17. Pith. Mad. tradendi — servituri] servituri tradendi sunt E 2.  
 V 2; perhenniter servituri tradendi sunt V 1; tradendi sunt V 3. 19.*

## LIBER SEXTUS.

### I. TITULUS: DE ACCUSATIONIBUS CRIMINUM.

- I. Ut domino vel senioribus loci petatur servus in crimine accusatus.
- II. Pro quibus rebus et qualiter ingenuorum persone subdende sunt questioni. 5
- III. Pro quibus rebus et qualiter servi vel ancille torquendi sunt in capite dominorum.
- III. Pro quantis rebus et qualiter servus aut libertus tormenta portabunt.
- V. Qualiter ad regem accusatio deferatur.
- VI. De servata principibus pietate parcendi. 10
- VII. Quod ille solus culpabilis erit, qui culpanda commiserit.

Ut domino vel senioribus loci petatur servus in crimine accusatus.

Si servus in aliquo crimine accusetur, iudex prius dominum, vilicum vel actorem eius loci, cuius servus fuerit accusatus, admoneat, ut eum in iudicio presentet. Quod 15 si reum presentare noluerit, ipse dominus vel actor aut vilicus, donec reum presentet, a comite civitatis vel iudice distringatur. Certe si dominus, vel quibus commissa res est, difficulter ad locum adproximent, a iudice et tenendus et discutiendus est servus.

**LIB. VI. TIT. I. Lemmata.** *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 6. 7. (8. 14. 15). — l. 1. ISCELERIBUS] ita R 1. E 2; HISCELERIBUS V 7; SCELERIBUS cett. || l. 3. ACCUSATIONIBUS] ita 20 R. E. V 2. 6. 7. 8. 14. 15; ACCUSATORIBUS V 1; DISPOSITIONIBUS V 3. CRIMINOSORUM V 1. 2. 3. 6. 7.*

*Index capitulorum.* *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 2. 3. — l. 4. in cr. accus. des. R 1. || l. 10. servata] servando R 2; reservata E 1. principis E. pietate] ita R. V 3; potestate E. || l. 11. culpavilis R 1.*

**VI, 1, 1. *Codd. R 1. 2. 3. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 14. 15. 17. 20). — l. 12. ANTIQUA]* ita 25 *R 1. V 7; deest R 2. 3. E 1. V 1. 2. 3. 4; FLS CDS REX E 2; FLS CHDS REX. ANTIQUA V 6. l. 13. Rubrica deest R 3. seniori V 2. 3. 7. || l. 14. accusatur R 2. V 1. prius] primus R 1. vilico E 2. actorem] auctorem E 1. V 1. 2. 6; accusatorem E 2. || l. 15. Quod si — presentet des. E 1. l. 16. si reum] si eum V 4. 6. actor] accusator E 2; auctor V 1. 2. 4. 6. donec reum] ita R. V 3. 4. 20; serbum E 2; eum V 15. || l. 18. ad locum des. R. adpropinquent V 15. et tenendus] ita 30 R 1. 2. V 7; et deest alius. servus] reus al. m. E 2; reus V 17.***

Rec. I.]

II.

FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Pro quibus rebus et qualiter ingenuorum persone subdende sunt  
5 questioni.

Si<sup>1</sup> in criminalibus causis discretionis modus amittitur, criminorum malitia nequaquam frenatur. Ideoque, si in causa regie potestatis vel gentis aut patrie seu homicidii vel adulterii equalem sibi nobilitate vel dignitate palatini officii quicunque accusandum crediderit, habeat prius fiduciam conprobandi quod obicit, et sic alienum sanguinem temtet impetere. Quod si probare non potuerit, coram principe vel his, quos sua princeps auctoritate precepit, trium testium suscriptione roborata inscriptio<sup>2</sup> fiat, et sic questionis examen incipiat; ita ut, qui subditur questioni si innox tormenta pertulerit, accusator ei confestim servitus tradatur, ut, salva tantum anima, quod in eo exercere voluerit vel de statu eius iudicare elegerit, in arbitrio suo consistat. Iudex tamen hanc cautelam servare debet, ut accusator omnem rei ordinem scriptis exponat, et iudici occulte presentans, sic questionis

Erv. I.]

II.

VI, 1, 2.

Pro quibus rebus et qualiter ingenuorum persone subdende sunt questioni.

Si in criminalibus causis discretionis modus amittitur, criminorum malitia nequaquam frenatur. Ideoque, si in causa regie potestatis vel gentis aut patrie seu homicidii vel adulterii equalem sibi nobilitate vel dignitate palatini officii quicunque accusandum crediderit, habeat prius fiduciam conprobandi quod obicit, et sic alienum sanguinem temtet impetere. Quod si probare non potuerit, coram principe vel his, quos sua princeps auctoritate precepit, trium testium subscriptione roborata inscriptio fiat, et sic questionis examen incipiat; ita ut, qui subditur questioni si innox tormenta pertulerit, accusator ei confestim servitus tradatur, ut, salva tantum anima, quod in eo exercere voluerit vel de statu eius iudicare elegerit, in arbitrio suo consistat. Quod si conponi sibi ab accusatore voluerit, tantum ei pars accusatoris conponat, quantum ipse, qui questioni subiacevit, inflata sibi taxaverit suorum tormentorum supplicia. Iudex tamen hanc cautelam servare debet, ut accusator omnem rei ordinem

VI, 1, 2. Codd. R 1. 2. 3. — l. 2. FLAVIUS —  
questioni des. R 3. CHINDASVINDUS] ita R 2;  
30 CNDS R 1. || l. 7. admittitur R 2. || l. 8. si]  
qui R 3. cause R 2. || l. 10. nobilitatem R 1. 3.  
l. 11. dignitatem R 1. 3. quecumque accusando  
R 3. || l. 15. quoram principem R 2. || l. 17. sub-  
scriptione R 2. || l. 19. ita ut] aut R 2. || l. 20. in-  
35 nox] in hoc R 3. ei deest R 3. || l. 22. eo] eum  
R 2. || l. 23. statu R 2. elegerit] voluerit R 1.  
l. 25. debit R 2. accusator] causator R 2.

40

45

50

VI, 1, 2. Codd. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8.  
14. 15. 17. 19. 20). — l. 1. II] FLS CDS REX  
add. E 2; FLS CHDS REX add. V 1; FLS GLS  
CHND S REX add. V 2; FLS GLS CHDS REX.  
NT EM add. V 6; FLBS RCCNDS REX add. V 7;  
post inscriptionem Chindasvindi addit: ANTIQUA  
NOVITER EMENDATA V 15; FLAVIUS EGICA  
ET VTISA REGES V 20. || l. 7. admittitur E 2;  
amittitur V 2; amittitur corr. admittitur V 6.  
refrenatur V 3. || l. 8. causa] causis V 1. || l. 9. adul-  
teri V 2. || l. 10. equalem] et qualem E 1. nobilita-  
tem E 2. V 1. vel] aut V 7. dignitatem E 2.  
l. 11. accusandam V 2. || l. 13. inpetere] apetere  
V 2. || l. 14. coram] iudice vel (quae desunt E.  
V 1—15) add. Mad. principem E 2. V 7. his] is  
E 2. || l. 15. precepit] elegerit V 2. || l. 18. in-  
nox] ita E 2; inno V 7; innoxius E 1. V 1. 2. 3.  
4. 6. acusator al. m. corr. causator E 2. || l. 19. ei]  
rei V 4. 7; deest V 3. || l. 20. voluit E 1. || l. 21. eli-  
geret E 1. || l. 23. ei pars] ei deest E 2. || l. 26. han-  
cautelam V 1; hanc a cautela V 4. || l. 27. ser-  
vare] in iudicio servare V 1. 2. 6. Pith. debet] debet E 2.

1) *De hac lege v. F. Dahn, 'Studien' p. 282 sq.*

2) Cf. VII, 1, 5.

**VI, 1, 2. Recc.]** examinatio fiat; et si eius professio, qui questioni subdendus est, conpar fuerit cum verbis accusatoris, criminis reus incunctanter habendus est. Certe si aliut dictio accusatoris habuerit, aliut eius confessio, qui subditur questioni, quia dubitari non potest, quod per tormenta sibi crimen inponat, oportebit accusatorem superioris legis huius sententie subiacere. Quod si accusator, priusquam occulte iudici notitiam tradat, aut per se aut per quemlibet de re, qua accusat, per ordinem instruxerit quem accusat, non liceat iudici accusatum subdere questioni; cum iam per accusatoris indicium detectum constet ac publicatum esse negotium. Similis quoque et de ceteris personis ingenuis ordo servandus est. Nam si capitalia, que supra taxata sunt, accusata non fuerint, sed furtum factum dicitur vel quocumque inlicitum, si trecentorum summa est solidorum vel amplius, inscriptione premissa subdendus est questioni qui petitur. Si autem actio minoris est quantitatis, quam trecenti sunt solidi, per probationem convictus qui accusatur secundum leges alias conponere conpellatur; aut si convinci non potuerit, sacramento se expians compositionem accipiat, que de mala petitione legibus continetur<sup>1</sup>. Speciali tamen constitutione decernimus, ut persona inferior nobiliorem a se vel potentiores inscribere non presumat. Sed si petendum in causa patuerit, et probatio fortasse

**Erv.]** scriptis exponat, et iudici occulte presentans, sic questionis examinatio fiat; et si eius professio, qui questioni subdendus est, conpar fuerit cum verbis accusatoris, criminis reus incunctanter habendus est. Certe si aliud dictio accusatoris habuerit, aliud eius confessio, qui subditur questioni, quia dubitari non potest, quod per tormenta sibi crimen inponat, oportebit accusatorem superioris legis huius sententie subiacere. Quod si accusator, priusquam occulte iudici notitiam tradat, aut per se aut per quemlibet de re, qua accusat, per ordinem instruxerit quem accusat, non liceat iudici accusatum subdere questioni; cum iam per accusatoris indicium detectum constet ac publicatum esse negotium. Similis quoque et de ceteris personis ingenuis ordo servandus est. Nam si capitalia, que supra taxata sunt, accusata non fuerint, sed furtum factum dicitur vel aliud quocumque inlicitum, nobiles ob hoc potentioresque persone, ut sunt primates palatii nostri eorumque filii, nulla permittimus ratione questionibus agitari. Sed si in causa, pro qua conpellitur, probatio defuerit, suam qui pulsatur debeat iuramento conscientiam expiare. Inferiores vero humilioresque, ingenue tamen persone, si pro furto, homicidio vel quibuslibet aliis criminibus fuerint accusati, nec ipsi inscriptione premissa subdendi sunt questioni, nisi maior fuerit causa, quam quod quingentorum solidorum summa valere constiterit. Si autem actio minoris est quantitatis quam quingenti sunt solidi, per probationem convictus qui accu-

VI, 1, 2. *l. 2. copars R 2. || l. 3. cum] in R 1. || l. 7. non deest R 2. || l. 12. de re] dare R 2. qua accusat] ita R 1; qua agitur accusate R 2; quam accusat R 3. per — accusat des. R 1. l. 15. indicium detectum] iudicium detentum R 2. l. 19. super R 2. || l. 20. quodecumque R 3. l. 22. vel amplius — subdendus est des. R 2. l. 23. qui petitur] petitor R 2. || l. 25. sint R 1. l. 28. sacramentum R 1. || l. 30. Specialem t. constitutionem R 2. || l. 31. personal] per sola R 1. || l. 33. inscribere] scribere R 1. || l. 34. patuerit] ita R 1; potuerit R 2; putaverit Erv.*

VI, 1, 2. *l. 1. presentatum E 2; presentata V 1. 6; presentet V 2. || l. 6. professio E 1. V 1. 2. 4. 6. || l. 9. superiori E 1. V 7. l. 12. de re qua] ita E 2. V 1. 6. 7; de reliqua E 1; de re quam cett. accusat] accusator E 1. l. 14. per acc. iam Mad. iudicium E 2. V 4. 40 Mad. || l. 15. constat E 1; constiterit V 6; consistet E 2. || l. 19. quocumque E 2. || l. 23. in hac causa V 1. 6. || l. 25. debet V 2. iuramento c. expiare] sacramento c. expurgare V 15. || l. 27. pro furtum homicidium E 1. || l. 29. accusate nec ipse V 1. 2. 6. inscriptionem E. || l. 30. subdende V 1. 2. || l. 31. causa deest E 1. quod deest E 2. || l. 32. summa] ita E 1. V 1. 7; summa cett. || l. 34. convinetus E 2. V 7.*

1) Cf. II, 2, 5.

*Recc.]* convincende rei defuerit, nobilior ille vel potentior conscientiam suam sacramentis purgare non differat, quod nec amiserit nec habeat penes se vel retineat rem, pro qua fuerit petitus; et redditio iuramento ille, qui male petit, sicut alia lex<sup>1</sup> continet, ei conponere non moretur. Verumtamen seu nobilis sive inferior seu ingenua persona, si questioni subdita fuerit, ita coram iudice vel aliis honestis viris a iudice convocatis accusator penas inferat, ne vitam extinguat. Et quia per triduum questio agitari debet, si inminent casu qui tormentis subditur mortuus fuerit ex malitia iudicis vel alico dolo, seu ab adversario accusati corruptus beneficio talia tormenta fieri non proibuit, unde mors occurreret, ipse iudex iniquitatis proximis parentibus simili vindicta puniendus tradatur. Si certe suo se sacramento innocentem reddiderit, et testes, qui fuerint presentes, iuraverint, quod nulla sua malitia vel dolo aut corruptione beneficij mors ipsa provenerit, nisi solo tormentorum eventu, pro eo, quod indiscretus iudex superflua non proibuit, CCC solidus heredibus mortui conpellatur exolvere. Accusator autem, in potestate proximorum parentum mortui traditus, eadem mortis pena multetur, qua ille multatus est, qui per eius accusationem morte damnatus interiit.

35 **VIII, 1, 6. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 8. 15).** — **l. 17. ANTIQUA]** *ita R 1. V 2. 5;* *deest R 2. E. V 1. 3. 4. 6;* *FLS RCS RE V 8.* || *l. 18.* deripiendum *R 2.* invitare *R.* repperiantur *R 2. E 1.* || *l. 19.* evertat] *ita R. E. V 1. 2;* evertant *cett.* || *l. 20.* quecumque] quicumque *V 1.* diripiat] *ita R. E. V 1. 2;* diripient *alii.* illi] ille *R 2.* eius] cui *V 1.* direpta] *ita R. E. 40 V 1. 2. 3. 5;* vel eversa *add. Mad.* || *l. 21.* restituat] *ita R. E 1;* ei restitut] *V 3;* restituantur *cett.* sint *R 1. E 1.* || *l. 22.* conponere conpellantur] singuli conpellantur exsolvere *V 15.* quinquagena] *ita R;* *C V 1;* *L cett.* || *l. 23.* volumtate] iussione *V 3.* centenis quinquagenis] *ita R. E;* *CL V 1. 2;* centum quinquaginta *cett.* || *l. 24.* in statu] in istatu *R 1;* institute *E 2;* statu *V 3;* suo *add. Pith. Mad.* reddatur] restituantur *R 2.*

45 1) Cf. Form. l. c.: quia rem iuris mei debitam, quam ille suo vitio extra discussione indicantis violentius usurpatione de meo dominio abstulit, nullos in codem loco proflat labores . . . sciat se per iustitia, dum nostro dominio hoc ipsum probaverimus, debere secundum legum instituta de invasione vel singulis annis frugum collectione ac sumptus per litis expensas nobis satisfacere et hoc, quod inibi profligavit, amittere. Antiquioris legis 50 praeceptum de sumptibus et expensis litis restituendis Chindasrindus amovit. 2) VII, 2, 6.

VIII, 1, 7. *Recc. Erv.]*

## VII. ANTIQUA.

Ne absente domino vel in expeditione publica constituto cuiusquam domus inquietetur.

Nullus domum inquietet absentis nec in expeditione publica constituti; et si, quod per iudicium recipere potuisset, absente eo, quem fuerat conventurus, invaserit, reddit in duplum. Si vero illut invaserit, quod ei nullo iudicio debebatur, reddit in triplum<sup>1</sup>. Si quis autem, antequam in expeditionem proficiatur, ad negotium dicendum iudicis fuerit admonitione conventus, aut per se causam dicere non moretur, aut per mandati scripturam personam eligat, qui adversario suo iudice presente respondeat. Qui si nec mandatum dederit nec respondere voluerit et sic in expeditione profectus causam non dixerit, postquam conventus fuerit a iudice, iudex adversario suo que repetebat iubeat reformari. Illi tamen, dum reversus fuerit, actio reservetur.

VIII, 1, 8. *Recc. Erv.]*

## VIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX.

Si aliquid inlicitum faciant servi eius, qui in expeditione est publica constitutus.

15

Si illius servi, qui in publica expeditione est constitutus, in aliquo crimine aut inlicito facto perventi extiterint vel detecti, a iudice corripiantur et secundum legem iuxta qualitatem culpe cedantur. Quod si res ad conponendum vel ad eosdem servos tradendos fuerit<sup>2</sup>, in custodia teneantur a iudice, donec dominus veniens aut compositionem, si voluerit, adimpleat, aut, si noluerit, eos evidentius tradat. Si vero iniuste servus occisus fuerit aut subditus questioni, contra iudicem dominus servi, cum reversus fuerit, causam dicere non vetetur.

VIII, 1, 9. *Recc. Erv.]*

## VIII. ANTIQUA.

De his, qui in expeditione euntes aliquid auferre vel depredare presumunt.

Qui in expeditionem vadunt, que abstulerint quadrupli satisfactione restituant.

VIII, 1, 7. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 15. 16). — l. 1. ANTIQUA] ita R 1. V 2. 5. 6. 8. 15; deest R 2. E. V 1. 3. || l. 2. cuiuscumque R. || l. 4. nec deest V 2. publica R 1. l. 5. per iudicium R 1. recipere non R 1. possit vel potuisset V 3. quem] quam R 1; que R 2. || l. 6. reddit — invaserit des. R 1. illut deest Pith. invasit V 3. ei] ita R 1. E 1; deest cett. nullo iudicio] ita R 1. E 1. V 3. 4; in nullo iudicio R 2; per nullum iudicium ei cett.; ei deest V 2. 30 l. 7. triplum] duplum E 1. antequam] priusquam V 3. expeditione E 1; in exp. des. V 3. proficiatur] conventus E 1. || l. 8. conventus] convictus V 2; conventurus V 3. || l. 9. iscriptura R 1. persona R 1. || l. 10. Qui si] ita R. E 2. V 2; Quod si cett. dederint — voluerint R 2. expeditione] ita R. V 2; expeditionem cett. || l. 11. postquam] per quam V 1. conventus fuerit R 1; fuerit reversus conventus R 2; fuerit convocatus V 2; f. conversatus V 3. || l. 12. iubeat] deest R 2. V 3; debeat V 4; 35 debeat al. m. corr. iubeat E 2. reformare E 1. V 3. 16; non moretur add. V 3. Illi — reversus] tamen si reus V 3. reservetur] ita R. E 1. V 1. 3. 4. 5. 15. 16. Pith.; reservanda V 2; servetur E 2. Mad.*

VIII, 1, 8. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 16. 20). — l. 13. FL. — REX] des. E 2. V 3. 16. 20; ANTIQUA V 15. GLOR. deest V 4. 6. RECC.] RECDS R 1; RECESSVINTHUS R 2; RCDS V 5; CDS RCDS V 4; RC V 2. 5; R E 1; RECAREUS V 1. || l. 14. facient E 1. ex 40 expeditionem R 2. || l. 16. aliquod crimen E 1. || l. 17. perventi] ita R. E. V 1; preventi cett. l. 18. cedantur] dampnentur V 2. 4. 5. 8; dampnetur V 1. vel — fuerit] eidem servi tradendi sunt V 4. vel] et Pith. || l. 19. fuerit] presens non fuerit Mad. custodiam R 1. aut deest V 2. || l. 20. vero] vere E 1. || l. 21. subditus] subdendus R 2. iudice R 1. || l. 22. vetetur] moretur V 3. 15.*

VIII, 1, 9. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 16. 20). — l. 23. ANTIQUA] ita 45 R 1. E 1. V 5; deest R 2. E 2. V 1. 4. 16. || l. 24. expeditionem R 2. vel] et R 2. E. V 1. depredare] ita R 1. E. V 1; predari R 2; depredari cett. presumpt] ita R. E 2. V 5; presumpt V 1; presumpserit E 1; presumserint cett. || l. 25. expeditione E 2. V 2. 3. que] si alicui aliquid E 1. satisfactionem R 2.*

1) Cf. supra c. 2.

2) Cf. ex. gr. VII, 2, 13. 14; VIII, 1, 12; 2, 2.

**Recc. Err.]** Quod si non habuerint, unde conponant, rem simplam reddant et CL flagella **VIII, 1, 9.** suscipiant. Quod si nolentibus dominis servi hoc ficerint, rem ablata in statu reformat et CC flagella extensi sustineant. Cuius rei exactionem provinciarum comites vel iudices aut vilici studio suo non morentur inpendere, quia provincias nostras non 5 volumus hostili predatione vastari<sup>1</sup>.

**Recc. Err.]****X. ANTIQUA.****VIII, 1, 10.**

Ut socios nominet, aput quem pars rapine inventa cognoscitur.

Aput quem scelus aut pars rapine fuerit inventa, istatim socios suos nominare cogatur. Qui, si nominare noluerit, teneatur ad vindictam. Quod si honestior persona est, aut pro scelere rationem reddat, aut que ablata vel eversa fuerint undecupli compositione restituat et C publice flagella suscipiat. Si certe aput servum rapine pars repperiatur, CC flagella publice extensus accipiat et socios suos nominare non differat.

**Recc. Err.]****XI. ANTIQUA.****VIII, 1, 11.**

15 De his, qui diripienda indicare repperiuntur.

Quicumque ingenuus vel servus aliqua diripienda indicaverit, ut cuiuscumque res evertatur aut pecora vel iumenta diripientur, et ex hoc certis probationibus publice convictus inveniatur, pro eo, quod indicaverit, C flagella publice extensus accipiat\*.

\*) V 3 add.: et res illa, quam indicavit, a domino suo reddatur; et si res illa non 20 potuerit inveniri, ille, qui indicavit, de sua facultate reddat.

VIII, 1, 9. l. 1. rem — et des. V 3. simplam *Pith.* reddant] restituant E 1. V 6. CL] ita R 1. E. V 1. 2. 4. 6. 8. 16; centum quinquaginta R 2; centum V 15; L cett. || l. 2. nolentibus] non iubentibus *Pith.* ablata] ita R; ablata cett. in statu] in istatu R 1; in statum E 2. || l. 3. CC] centum V 15. sustineant] ita R 1. E 1. V 1. 5. 15. *Pith.*; accipiant V 2. 3; capiant V 4; suscipiant V 16; sustentent cett. provinciarum deest V 2. comites vel iudices] iudices ac comites V 6. l. 4. vilici] ita R. E. V 1; vilici cett. studio suo] istudio suo R 1; studiose V 2. moretur E 1. inpendere] inplere R 1. provincia nostra R 2. non volumus] nolumus V 2. 15. || l. 5. hostili] civili V 4.

VIII, 1, 10. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 16. 20). — l. 6. ANTIQUA] ita R 1. 30 V 2. 5; deest R 2. E 2. V 1. 3. 4. 6. 8. 16. 20; F G R E 1. || l. 7. socios] ita R 1. E 2. V 1. 2; socios suos cett. nominent E. inventa deest R 2. cognoscitur] agnoscitur V 5. || l. 8. fuerint R 2. istatim] ita R 1. E 2; statim cett. suos deest V 2. || l. 9. Qui] ita R; Quod cett. honestior] ita R. E 1. V 3. 4. 16; honestioris loci cett. (onestiores loci E 2). || l. 10. iscelere R 1. aut que] vel E 1. eversa R 1; adversa E 2. fuerint] ita R 1. E 2. V 1. 2; fierant R 2; fuerant cett. || l. 11. compositione] consuetudinem R 2; satisfactione V 2. suscipiant] accipiat V 4. Si] Quod si E 1. || l. 12. repperiatur] repperitur R 2. E. V 1. 2. CC] C E 1. V 3. accipiat] suscipiat V 5. *Pith.*

VIII, 1, 11. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 15. 16. 18). — l. 14. ANTIQUA] ita R 1. V 2. 5. 15. *Pith.*; deest R 2. E. V 1. 3. 4. 6. 16. || l. 16. deripiendum R 2; ad diripienda V 1. aliqua diripienda] ita R. V 1. 2. 3; aliquid diripienda E 1; aliquid diripiendum cett. indicaverint R 1; 40 vendicaverit V 1. ut] ita R 1. E. V 1. 2; vel ut cett. || l. 17. evertatur] ita R 1; aevertatur R 2; evertatur cett. et ex] ex V 1. || l. 18. inveniatur] invenitur V 1. 2; invenitur al. m. corr. inveniatur E 2. publice extensus des. V 3. accipiat] suscipiat V 3. 18. || l. 19. quam] ita V 3 secundum Mad.; quod sec. Heyne. indigavit V 3. a om. Mad. reddatur] ita emendari; reddat V 3. || l. 20. inveniri] invenire V 3.

45 1) Cf. L. Baiuv. 2, 5.

VIII, 1, 12. *Recc. Erv.]*

## XII. ANTIQUA.

De his, qui itineranti vel in opere rustico constituto aliquid abstulerint vel molestiam inferre presumserint.

Qui in itinere vel in opere rustico constituto aliquid violenter intulerit vel abstulerit, ubi ex hoc iudici fuerit interpellatum, ille, qui abstulerit, quadruplum restituat, aut si aliut aliquid cedis vel damni fecerit, legaliter satisfaciat. Quod si hoc servus domino nesciente commiserit, et C flagella suscipiat, et dominus pro servo compositionem exolvat. Nam si dominus conponere noluerit, servum tradere non recusetur.

VIII, 1, 13. *Recc. Erv.]*

## XIII. ANTIQUA.

Si ille, qui diripuit, in ipsa direptione morte necetur.

Qui<sup>1</sup> aliena pervasit, si in ipsa direptione percussus aut occisus fuerit, ille, qui percussit, nullam calumniam patiatur.

*Recc. Erv.]*

## II. TITULUS: DE INCENDIIS ET INCENSORIBUS.

- I. De his, qui sive in civitate sive extra civitatem domibus immiserint ignem.
- II. Si ignis inmittatur in silva.
- III. Si, dum iter agitur, ignis longius dilavetur.

VIII, 2, 1. *Recc. Erv.]*

## I. ANTIQUA.

De<sup>2</sup> his, qui in civitate seu extra civitatem domibus immiserint ignem.

Qui<sup>3</sup> in alienam domum in civitatem ignem supposuerit, correptus a iudice<sup>20</sup> ignibus deputetur; et de bonis eius domino domus, si tamen aliquid damni pertulerit,

VIII, 1, 12. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 15. 16. 18). — l. 1. ANTIQUA] ita R 1. V 2. 5; deest R 2. E. V 1. 3. 4. 6. 16. || l. 2. itineranti] iteranti R 2. V 1. 2; iteranti corr. al. m. itineranti E 2; iteratim V 3; in itinere V 15. rusticō] rusticano *hic et infra* V 16. abstulerit R 2; abstulit V 1. 2. 3. || l. 3. presumpserit V 1. 2. || l. 4. rusticō deest V 3. 18. || l. 5. ubi — abstulerit des. V 1. ex deest R 2. iudicis R 2; a iudice Pith. abstulit V 16. || l. 6. aut si] aut in R 2; vel si E 1; quod si Pith. aliut deest E 1. Pith. cedis] cedisse E 1. legaliter] largiter E 2. || l. 8. compositionem — dominus des. V 2. conponere] pro seruo add. E 1. tradere non rec.] tradat V 4. || l. 9. recusetur] ita R 1; recuset R 2. Mad.; moretur E. V 1. 2. 3. 5. 18. Pith.*

VIII, 1, 13. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 15. 16. 18). — l. 10. ANTIQUA] ita 30 R 1. E 2. V 2. 3. 5.; deest R 2. E 1. V 1. 4. 6. || l. 11. diripit R 2. E 1; diripuerit V 1. || l. 12. pervasit] ita R 1. E. V 3. 15. 16. 18; pervadit V 2. 4. Mad.; prevaserit R 2; prevasit V 1. 5; diripit Pith. si] ita R 1. E 2. V 1. 2. 3. 4. 15. 16. 18. Pith.; et R 2. E 1. V 5. Mad. percussus — qui bis scr. R 1. l. 13. percussit vel occidit V 4.*

TIT. II. *Lemma.* *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 6. — l. 14. CENSORIBUS E 2; INCENSSORI- 35 BUS V 1.*

*Index capitulorum. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 2. — l. 15. sive in] ita R. E 1; sive deest E 2. V 2. - civitatem R 2. seu extra R 2. domibus — ignem des. R 2. immiserit E 2. || l. 16. silva] ita R 1. V 2; silvam cett. || l. 17. dilavetur] ita R 1. V 2; dilabetur cett.*

VIII, 2, 1. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 8. 15. 16. 20). — l. 18. ANTIQUA] ita 40 R 1. E 2. V 3. 5; deest R 2. E 1. V 1. 2. 6. 8. 15. 16. 20. || l. 19. in] ita R; sive in E. V 1. 2. 3. civitatem R 2. E 1. seu] sive E 1. V 2. immiserit R. V 1. || l. 20. in alienam domum] aliena domui V 1. Pith. civitatem] ita R. E; civitate cett.*

1) Cf. supra VII, 2, 15. 16. 2) De hac lege et duabus sequentibus cf. H. Brunner, 'D. Rechtsg.' II, p. 654 sqq. 3) Cf. Pauli Sent. V, 3, 6 et praecipue Dig. XLVIII, 19, 28, 45 § 12: Incendiarii puniuntur, qui ob inimicitias vel praedae causa incenderint intra oppidum, et plerumque vivi exstantur; qui vero easam aut villam, aliquo lenius; L. Rom. Burg. 18, 2. 3; Ed. Theoderici c. 97.

**Recc. Erv.]** conponatur haec pretium domus reddatur incense. Sed ille, cuius domus **VIII, 2, 1.** incensa est, coram testibus, quantos statuerit sententia iudicantis, prebeat sacramentum, se fideliter quod in domo sua habuit profiteri nec plus, quam illi conditum fuerat, postulare nec domus sue pretium amplius taxare, quam valuit. Et si post datum **5** sacramentum aliquid fefelleris convincitur, in duplum, que sunt supra modum debite compositionis exacta, illi cogatur inferre, qui compositionem exolverat. Quod si in domum, sicut superius diximus, ignis inmissus ad proximas domos forte transierit, iuxta damni modum inter eos etiam, qui domos vel res suas incendio perdiderant, eius substantia dividatur; si tamen post compositionem illius, in cuius domum ignem **10** misit, impletam aliquid de facultatibus eius cognoscitur residuum esse; ita ut simili modo coram testibus sacramenta dependant, se non amplius repetere, quam incendio perdiderunt. Et si post datum sacramentum periurasse noseuntur, hec, que amplius exegerint, in duplum ei, quem fraudulenta ambitione damnare voluerant, cogantur exolvere. Qui vero extra civitatem in domum mittit incendium, omnia, que sunt in **15** domo incensa, restituat et pretium domino domus reddere non moretur. Sed his, cuius domus incensa est, coram testibus iurisiurandi interpositione confirmet, se non amplius postulare, quam perdiderat. Et si post datum sacramentum amplius, quam perdiderat, exigisse dinoscitur, in duplum ei, qui damna sustinuit, coactus exolvat. Quod si etiam vicine domus ex eo, quod inmissum est incendium, forte consumte **20** sunt, si de bonis eius superfuerit, unde his etiam conponatur, hii quoque amissa recipient; prius tamen cum sacramento coram testibus profiteantur, se non amplius quam perdiderant postulare. Et si periurasse cognoscuntur aut amplius exegisse, in duplum ei, quem tali fraude damnaverant, male exacta restituant; ita ut pro correptione qui domum incenderat c flagella suscipiat. Et quicumque tale damnum **25** admittens non habuerit, unde conponat, servituti subiaceat. Si certe cuiuscumque servus sive in civitate seu extra civitatem incendium intulisse cognoscitur, dominus, si servum tam nocentis admissi voluerit liberare a supplicio, pro eius crimine conponere non moretur; ita ut servus publice cc hictus accipiat flagellorum. Sed ille, cuius domus incensa est, iurare cogatur, se amplius non repetere, quam in eius domo

**30** **VIII, 2, 1. l. 1. hac]** ita R 1. E 2; ac cett. || l. 3. se] et V 16. domo sua] domu sua E 1; domum suam E 2. habuerit profiteatur V 16. nec plus] ne plus E 1. illi] illic E 2. V 2. 4. 6. 8. 16. 18. Pith. conditum] ita R. E. V 2. 4. 8. 16. 18. Pith.; condictum V 1; quantum V 3; cognitum V 6. Mad. || l. 4. domum suam E 1. valuit] audeat add. V 16. || l. 5. convincitur] cognoscitur V 4. l. 6. qui conp.] quia nunc conp. R 2. || l. 7. sicut] quod V 3. diximus] deest R 1; dictum est E 1. **35** l. 8. iusta E 2. modum] dum R 2; domum V 1. perdiderunt E 1; perdiderint V 16. || l. 9. eius] et eius R 2. substantiam R 2. || l. 11. sacramenta dependant] ita R. E 2. V 2; sacramenta repandant E 1; sacramento adprendant V 3; sacramento defendant V 1. 4. Pith. Mad. se] si E 1. || l. 12. pos al. m. corr. post hic et infra E 2. periurare E 2. cognoscuntur R 1. et hec E 2. || l. 13. exigerint E 2. V 1. damnare] fraudare V 3. boluerat cogatur E 2. || l. 14. civitatem alienam V 4. mittit] **40** ita R. E 1. V 1. 2. 3. 4. 16; mittat cett. || l. 15. his] ita R. E 2; is cett. || l. 16. iusiurandi E 1. interpositionem R 2. || l. 17. Et — perdiderat des. R 2. V 1. || l. 18. exigisse] ita R 1. E 2; exegisse cett. dinoscitur] vel periurasse nosecurt add. V 15. damnum E 2. Pith. || l. 19. inmissum] missum R 1; inmissus R 2. || l. 20. sunt] sint V 16. unde] ut de E 1. his] ita R 1. E; eius V 1; eis cett. conponantur V 2. hii] ita R 2. E; hic R 1; hi alii. || l. 21. profiteatur R 1. || l. 22. per-**45** diderat R 1. periurare E 2. V 1. cognoscuntur] ita R; cognoscantur E 1; noseantur Pith.; nose-  
cuntur cett. amplius] plus V 16. exigisse E 2. || l. 23. damnaverant] ita R 1. V 1. 2; damnaberat E 2; damnaverint cett. mala E 1. V 1. pro deest V 1. || l. 24. correptionem R 2; corruptionem E 2. talem R 2. E 2. || l. 25. amittens E. ipse servituti V 3. Si certe] Certe si V 16. cuiuscumque] cuiusquam V 1. || l. 26. civitatem R 2. E 1. seu] sive R 1. civitate R 1. dominus si servum] si servum des. V 3; reum al. m. corr. dominus si servum E 2. || l. 27. liberare a] libertare V 3. l. 28. ut deest E 1. ipse servus V. ducentos R 2. V 1. hictus] ita R. E 2; ietus cett.

VIII, 2, 1. *Recc. Erv.]* flamma consumsit. Et si conponere pro servo noluerit, tradatur servus ad penam, ut supplicio capitali admissa persolvat.

VIII, 2, 2. *Recc. Erv.]*

## II. ANTIQUA.

*Si ignis immittatur in silva.*

Si quis qualemcumque silvam incenderit alienam, sive piceas arbores vel caricas,<sup>5</sup> hoc est ficos, aut cuiuslibet generis arbores igne cremaverit, a iudice correptus c flagella suscipiat et pro damno satisfaciat, sicut ab his, qui inspexerint, fuerit estimatum. Quod si servus hoc domino nesciente commiserit, CL verberibus addicatur. Et si pro eo dominus conponere noluerit, cum duplum vel triplum damni fecerit, quam quod eundem servum valere constiterit, ipsum servum pro facto tradere non<sup>10</sup> retardet.

VIII, 2, 3. *Recc. Erv.]*

## III. ANTIQUA.

*Si, dum iter agitur, ignis longius dilavetur.*

Qui<sup>1</sup> in itinere constitutus in cuiuscumque forsitan campo applicaverit et ad quoquendum cibum aut frigoris necessitate compulsus ignem fecerit, cautus sit, ne<sup>15</sup> ignis longius dilavetur, aut si in ispinis sive in pabulis siccis, in quibus plerumque flamma nutritur, incendium convalescat, ignem, cum crescit, extinguat. Quod si se longius flamma extenderit, et messis aut area vel vinea aut domus sive pomarium incendio concremetur, tantum, quantum flamma consumsit, reddere vel conponere compellatur qui ignem, quem fecerat, nelexit extinguere.<sup>20</sup>

*Recc. Erv.] III. TITULUS: DE DAMNIS ARBORUM, ORTORUM ET FRUGUM QUARUMCUMQUE.*

I. De compositione arborum incisarum.

II. Si ortum quis vastaverit alienum.

VIII, 2, 1. l. 1. pro servo] *ita R. E. V3; dominus pro servo cett.* || l. 2. amissa R 2.

25

VIII, 2, 2. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V1. 2. (3). 4. 5. (6. 8. 15). — l. 3. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V2. 5. 6. 8. 15; deest R 2. E 1. V1. 3. 4. || l. 4. Si] Quod si R 1. ignem V1. silva] ita R 1. E 2; silvam cett. || l. 5. in qualem. E 2. piceas arbores] pice a servo res, e corr.: piceas as arbores E 2. || l. 6. hoc est ficos des. V4. 5. ficos] ita R 1. V1; ficas E 2; ficus cett. genus R 2. igne] ignem R 2; deest Pith. corruptus E 2; correctus V2. || l. 7. C] centum R 2. satisfaciat] satisfacere compellatur V16. his] is E 2. || l. 8. estimatum R 2. E 2. V1. CL] centum quinquaginta R 2. flagella verberibus E 2; flagellarum verberibus V1. 2. Pith. addicetur V1. 5. 16. || l. 9. duplo vel tripli E 1. || l. 10. ipso servo R 1. || l. 11. retardet] ita R 1. E 1; retardent R 2; moretur cett.*

VIII, 2, 3. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V1. 2. 3. (4. 5. 6. 16). — l. 12. ANTIQUA] ita R 1. V2. 5; NOBITER EMENDADA add. V3; deest R 2. E. V1. 4. 6. || l. 13. iter deest V2. dilavetur] ita R 1; dilabetur R 2. E 2. V1. 2. 3; dilatetur V15; dilabatur cett. || l. 14. in] ita R. E. V1. 2. 3; se cett.; deest Pith. apliverit R 2. || l. 15. quoquendum] ita R; coquendum cett. civum R 1. cautus] captus E 1. || l. 16. dilavetur] ita R 1. V2; dilabatur E 1. V1; dilabetur cett.; dilatetur V3. 15. in deest E 2. ispinis] ita R 1. E 2; spinis cett. pavulsi R 1. || l. 17. cum crescit] ita R. E 2. V1. 2; concrescit E 1; cum crescat cett. extiguat R 1. || l. 18. flamمام E 1. et — domus] ut ad messes aut 40 aream vel vineam aut domos V2. domos E 2. pomarum E 1; pomerium V2. || l. 19. incendio] igne V3. concremetur R 1; eremetur V3; concrementur E 2. consumsit] consumtum sit R 1. reddere vel des. V3. || l. 20. qui ignem] quia ignem V1. fecit V2. nelexit] ita R; neglexit cett.*

45

TIT. III. *Lemma. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V1. 2. 6. — l. 21. ORTORUM] ita R. E. V6; VEL ORT. V2; HORTORUM E 1. ET] ita R 1. V6; deest R 2; VEL E. V1; SIVE V2.*

*Index capitulorum. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V2. — l. 23. compositionem R 2. || l. 24. hortum E 1.*

1) Cf. Ed. Roth. c. 148; L. Burg. 41; L. Rom. Burg. 18, 4; H. Brunner, 'D. Rechtsg.' II, p. 658.

- Recc. Erv.]* III. Si de incise arboris ruina debilitatio vel homicidium perpetretur.  
 III. Si arbor ex parte incisa sive combusta damna concuriat.  
 V. De vinea incisa vel evulsa sive concremata adque de fructibus usurpatis.  
 VI. Si sepiis incidatur vel incendatur.  
 5 VII. Si pali de sepibus incidentur.  
 VIII. Si in alienam silvam quis cum vehiculo capiatur.  
 VIII. Si loca fructifera vel pascuosa nimia angustia coartentur.  
 X. De animalibus volumtarie in messe vel vineis missis.  
 XI. Si quelibet animalia frugibus damna concuriant.  
 10 XII. Si pratum defensum a pecoribus naufragetur.  
 XIII. Si fructifera loca ab animalibus extiterint dissipata.  
 XIII. Si expellentibus de fructibus pecora quisquam executiat vel de clausura  
 furto aut violentia tollat.  
 XV. De animalibus in vinea, messe vel prato perventis.  
 15 XVI. Si, priusquam expellantur, animalia de fructibus exierint.  
 XVII. Si in fructibus animalia perventa quacumque aliquis detrunctione turpaverit.

*Recc. Erv.]*

## I. ANTIQUA EMENDATA.

VIII, 3, 1.

## De compositione arborum incisarum.

Si quis inscio domino alienam arborem inciderit: si pomifera est, det solidos III;  
 20 si oliva, det solidos V; si glandifera maior est, duos solidos det; si minor, det  
 solidum unum; si vero alterius generis sunt et maiores adque prolixiores sunt, binos  
 solidos reddat, quia, licet non habeat fructum, ad multa tamen comoda utilitatis  
 preparant usum. Et hec quidem conpositio erit, si tantundem abscise fuerint; nam  
 si presumtive incise alicubi ferantur, aut similes arbores cum illis incisis dabuntur,  
 25 aut predictum pretium duplo solvetur.

*Recc. Erv.]*

## II. ANTIQUA.

VIII, 3, 2.

## Si ortum quis vastaverit alienum.

Si quis alienum ortum vastaverit, statim iuxta damni estimationem a iudice

- l. 1. Si *deest* E 1. *de deest* E 2. *incise]* incensę E 1. *perpetretur]* *deest* R 2; *preparetur* E 2.  
 30 l. 2. *sibe* R 2. E 2. *damno* E 1. || l. 3. *vineam incisam vel evulsam* R 2. *adque — usurpati des.*  
*R 2. fructibus]* *ita* R 1. E 2; *frugibus* E 1. || l. 4. *sepiis]* *ita* R. E. || l. 6. *alienam silvam]* *ita* R.  
*E 1. V 2;* *aliena silva* E 2. *vehiculum* R 1; *veiculo* R 2; *veiculo corr. al. m. vehiculo* E 2.  
*l. 7. pascua* R 2. *congustia* E. *coartentur]* *coaretur* E 2; *deest* R 2. || l. 8. *volumtari* R 1;  
*volumtarię* R 2; *bolumtarie* E 2; *voluntarie* E 1. *messe]* *ita* R. E 2. V 2; *messem* E 1. *vel]* *vel*  
 35 *in* E. *vineis]* *ita* R. E 2. V 2; *vineas* E 1. || l. 12. *frugibus* E 2. *pecora deest* R 1. *vel — tollat*  
*des.* R 2. *clausura]* *ita* E 1; *clausa* R 1; *clusa* E 2. || l. 13. *furo]* *ita* R 1; *furtu* E 2; *furtum* E 1.  
*violentiam* E 1. || l. 14. *messe vel prato]* *messi* *prato* *vel horto* E 1. *perventis]* *preventis* V 3.  
*l. 15. fructibus]* *ita* R 1; *frugibus cett.* *exierint deest* R. || l. 16. *quacumque]* *quicunque* R 2. *per-*  
*venta]* *preventa* V 2. *detr. turp. des.* R 2. *turpaverint* E 1.

- 40 VIII, 3, 1. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 8. 15. 16. 18).* — l. 17. ANTIQUA  
 EMENDATA] *ita* R 1; ANTIQUA E. V 2. 3. 5; *des.* R 2. V 1. 4. 6. 15. 16. || l. 18. *incisorum* R 2.  
*l. 19. inscio]* *inisco* R 1; *nescio* V 18. III] *ita* R 1; *tres* R 2. E. *alii.* || l. 20. V] *quinque* R 2.  
*maior est]* *maiores* E 1; *arbor est* V 3; *maior deest* V 18. *duos s. det]* *soł II* E 1. *si minor]* *ita* R.  
*E 1; des. V 1;* *si minor est cett.* *det s. unum]* *det solidu* *uno* R 2; *soł I* E 1. || l. 21. *sunt deest* Pith.  
*binos]* *quinos* V 3. || l. 22. *reddant* R 2. *habeat]* *ita* R 1. 2; *beat* E 2; *habeant cett.* *hutilitatis*  
*R 1; utilitatem* R 2. || l. 23. *preparat* E 2; *preparare* V 2. || l. 24. *presumptive vel* R 1. *ferantur]*  
*fuerant* E 2; *inferantur* V 18. *aut vive similes* V 8. || l. 25. *predictum]* *perditum* E 2. *duplum* R 3.  
*solvetur]* *solvatur* R 3; *servetur* E 1.

- VIII, 3, 2. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 16. 18).* — l. 26. ANTIQUA] *ita* R 1.  
 50 E 1. V 2. 3. 5; *deest* R 2. E 2. V 1. 4. 6. 16. || l. 27. *hortum* E 1, *et ita infra.* || l. 28. *Si quis]* *Qui*  
*R 2.* *et statim iusta* E 2. *damni deest* R 2. *estimatione* E 2; *estimationem* V 1; *estimatione* V 2.

**VIII, 3, 2. Recc. Erv.]** coactus domino orti cogatur exolvere; ita ut, si servus hoc fecerit, super conpositionem ipsius damni L flagella extensus accipiat.

**VIII, 3, 3. Recc. Erv.]**

### III. ANTIQUA.

Si de incise arboris ruina debilitatio vel homicidium perpetretur.

Si<sup>1</sup> quis arborem inciderit, et aliquid damni fecerit, aut si, dum cadit, arbor aliquem occiderit, damnum qui incidit exolvat. Quod si in circuitu arboris homines fuerint, priusquam cadat arbor, admoneat<sup>2</sup>, et si de ramis arboris conuentis postea, quam commonuerit, aliquis debilitatus aut mortuus fuerit, nullam ille, qui arborem incidit, calumniam pertimescat. Ceterum si aut senem aut debilem aut dormientem, aut qui sibi cabere non potuit, aut pecudem fortasse ruina huius arboris debilitaverit 10 vel occiderit, pro quadrupo uno domino alium eiusdem meriti mox reformet et pro occiso homine tamquam homicida teneatur; pro debilitato vero iuxta formam legum satisfacere conpellatur. Et si aliquis alienam arborem inciderit, pro violentia conponere non moretur. Quod\* si dominus arboris incisorem fuerit contestatus, et postmodum incisor fuerit, dum incidit, occisus, mors eius nullatenus requiratur<sup>3</sup>. 15

\*) R 3: Quod si dominus arborem contestaverit, et postmodum incisa fuerit arbor, quem occiderit, mors eius nullatenus requiratur.

**VIII, 3, 4. Recc. Erv.]**

### III. ANTIQUA.

Si arbor ex parte incisa sive combusta damna concutiat.

Si<sup>4</sup> arbor ex parte incisa sit aut ex aliqua parte igne combusta, et illo, qui 20 inciderat vel incendere ceperat, absente arbor ceciderit, nulla ei pro damno, quod per ruinam arboris factum est, calumnia moveatur.

VIII, 3, 2. l. 1. horti R 2. E 1. || l. 2. accipiat] suscipiat V 18.

VIII, 3, 3. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 15. 17. 18. 20). — l. 3. ANTIQUA] ita R 1. E 1. V 2. 5; ANTIQUA NOVA V 8; FLS GLS RCDS REX V 3; deest R 2. E 2. V 1. 4. 15. 20. 25 l. 4. de deest E 2. preparetur E 2. || l. 5. et] vel V 17. 18. Pith. || l. 6. exolvat] solvat V 3; persolvat Pith. circuitum R 2. homines qui fuerint R 2. || l. 9. Ceterum] Certe E 2. V 1. Pith. aut senem post dormientem add. V 1. 5. Pith. || l. 10. aut qui] aut deest V 3. sibi] se V 3. cabere] ita R 1. E 2; cavere cett. || l. 11. quadrupo] ita R 1. V 2; quadrupem R 2; quadrupede E 2; quadrupede cett. dominio] dominus E 1. alium] deest R 1; aliam R 3; aliam corr. alium E 2. || l. 12. hocciso R 1. 30 iuxta] iusta E 2, et sic saepius. || l. 13. conpellantur E 1. aliqui R 2. pro violentia] per violentiam V 1. 2. 8. 18. || l. 14. harboris R 1. incisore R 1. || l. 15. postmodum] postea V 1. 5. Pith. hoccisus R 1. nullatenus] nullo modo E 1; non V 4.

VIII, 3, 4. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4). 5. 6. (15. 16). — l. 18. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 2. 3. 5; deest R 2. E 1. V 4. 6. 16. || l. 19. damno concutiat R 1. || l. 20. illo] ill E 1; 35 ille E 2. V 6. qui] absque dolo add. Mad. || l. 21. inciderat] incenderat E 2; inciderit R 3. incendere] incidere R 3. V 16. ceperat] ceperit R 3; preceperat R 2. V 3. 15; precepit V 16. arbo R 1; arbore E 1. cecidit E 2. || l. 22. per] pro V 3. ruinam] ruina R 1; summa R 2; deest V 3. calumniam E 2. V 2. moveatur] pertimescat V 3.

1) Cf. Ed. Roth. c. 138; Dahn, 'Studien' p. 145; Frank, 'Kasuelle Tötung' p. 33 sq. 40

2) Cf. Conc. Tribur. c. 37, LL. Cap. II, p. 234 sq. 3) Arbor, quae cadens occiderat caudentem, 'auctor interfectionis' habebatur, cuius dominus, ut videtur, pro occiso etiam tum componere debuit, si ille arborem alienam domino neque iubente neque vetante inciderat. Solummodo si eum ante contestatus erat, componere non debuit. Qui scripsit codicem R 3, cuius lectionem sub asterisco subiecimus, non intelligens antiqui iuris rationem, locum prorsus mutavit. De aliis 45 legum sententiis eiusdem rationis cf. H. Brunner, 'Absichtlose Missethat' p. 840 sqq. ('Forsch. z. deutsch. u. franz. RG' p. 520 sqq.). Aliter locum intelligent Dahn et Frank ll. cc. 4) Cf. L. Sax. 54. 55; Frank l. c. p. 34 sq.; A. B. Schmidt, 'Schadensersatz in den Volksrechten' p. 35.

*Recc. Erv.]*

## V. ANTIQUA EMENDATA.

VIII, 3, 5.

De vinea incisa vel evulsa sive concremata adque de fructibus usurpatis.

Qui vineam inciderit, eradicaverit vel incenderit alienam aut in desertum perduxerit, duas euanas meriti vineas domino eius vinee reformare cogatur, et preterea dominus vinee illius deserte hanc ad ius suum revocare non dubitet. Si vero per violentiam fruges collegerit, et fruges in duplo restituat et quidquid everterit redintegrare procuret; ita tamen, ut cum sacramento colligentium per tempus vindemiarum duplam ipsius frugis compositionem restituat. Servi vero sine dominorum iussu talia facientes per singulas vites decena flagella extensi percipient et fruges omnino restituant, aut si dominus conponere voluerit, per sex vites solidum solvat. Quod si maius damnum creverit, et conponere dominus noluerit, servum tradere festinavit.

*Recc. Erv.]*

## VI. ANTIQUA.

VIII, 3, 6.

Si sepiis incidatur vel incendatur.

Si<sup>1</sup> quis per aliquod spatium sepias inciderit vel incenderit alienas, si maioris loci persona est, et sepe reparat et pro damno satisfaciat. Si quid tamen damni domino de fructibus accidisse cognoscitur, et damnum solvat, sicut inspectio habuerit estimantium, et preterea X solidos reddat. Sed et de eo campo, qui fructus habet vel habuit, et de prato sive de concluso v solidos conpellatur exolvere; de eo vero campo, in quo nulli fructus sepiis cladebantur, sepe tantummodo reparare cogatur.

VIII, 3, 5. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 16). — l. 1. ANTIQUA EMENDATA] ita R 1; des. R 2. E. V 4. 6. 8; ANTIQUA NOVITERQUE EMENDATA Pith.; ANTIQUA (IDEM V 1) NOVITER EMENDATA V 1. 5; ANTIQUA V 2; FLS GLORIOSUS V 3. || l. 2. vineam incisam vel evulsam sive concrematam R 2. sive — usurpatis des. E 1. fructibus] ita R 1. E 2; 25 frugis V 3; frugibus cett. || l. 3. usurpatis] occupatis R 2. || l. 5. euanas] ita R. E 1; equali E 2; equalis cett. preterea] propria E 1. || l. 6. hanc] hic E 2. ius suum] ius suum V 3; iustum R 2; usum (ius in marg.) suum Pith. || l. 7. colligerit E. et fruges] ita R 1. V 2; et frugem cett. everit Pith. || l. 8. procuret] non dubitet E 1. sacramentum R 1. colligentia R 2. || l. 9. compositione R 1. Servi vero E 1. si sine R 1. iussu] iusso R 2; deest V 2. || l. 10. per] et per V 1. 30 pro singulis vitibus V 16. decena] ita R 3. E 1. V; decem E 2; centena R 1; ducentena R 2. extensus E 2. percipient] ita R 1. 2. 3. E 1; accipiat E 2; accipiant cett. et — restituant des. R 1. frugem E 1. omnino] domino Pith. || l. 11. aut] ut R 1; et V 16. dominus comp.] dominus pro eo conponere E 2; conponere pro servo dominus V 2. voluerit] noluerit V 1. 2. Pith. pro sex vitibus V 16. solvat] ita R 1. E 1. V 4; exsolvat R 3. V 3; reddat cett. || l. 12. dominus] pro eo add. E 1. 35 festinavit] ita R 1. E 2; destinavit V 3; festinabit cett.*

VIII, 3, 6. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 15. 16. 20). — l. 13. ANTIQUA] ita R 1. V 2. 3. 5; deest R 2. E. V 1. 4. 6. 16. || l. 14. sepiis] ita R. E. V 6; sepes alii. || l. 15. per] pro R 2. incenderit vel inciderit E. V 1. 2. vel incenderit des. E 2. V 3. || l. 16. et sepe] et deest E 2. V 2; et sepes V 1. repararet E 1. || l. 17. frugibus R 2. accedisse Mad. persolvat E 1. 40 l. 18. estimantium] extimantium E 2. V 1; iudicantium V 2. preterea] propria E 1. X] ita R 1. E 1. V 1; decem alii. Sed et] et deest E 1. eo] ita R. E; eodem V. fructos R 1. habeat vel habuit R 1; abet vel abuit R 2. E 2. || l. 19. V] ita R 1. E 1. V 1; quinque alii. || l. 20. nulli] ita R 1. E. V 1. 2. Pith.; nullus R 2. 3. Mad. alii. cladebantur] ita R 1. V 1. 2. Pith.; clauduntur E 1; cladebatur cett. reparare] reformare V 2. 15. 16. Pith. et al. m. post add. E 2.*

45 1) *Hanc et sequentem legem a Leovigildo substitutas esse crediderim uni antiquiori, quam imitatus est legislator Burgundio in L. Burg. 27, 1. 2: Si quis sepe alienam . . . inferendi tantum damni studio ruperit, si ingenuus aperuerit, inferat illi, cuius messis est, per singulos palos singulos tremisses; si servus hoc fecerit, C fustium ictus accipiat, et sepiis, quae aperta fuerat, reparetur. Hoc etiam de prato et de vinea praecipimus custodiri.*

**VIII, 3, 6. Recc. Erv.]** Si vero hoc persona inferior fecerit, solvat damnum de estimatis fructibus ac sepem reparet et L flagella publice suscipiat. Quod si servus hoc nesciente domino fecerit, et damnum solvat et sepem reparet et C flagella suscipiat. Quod si casu factum fuerit, sepem tantummodo reparet, que conlisa est; quia crimen videri non potest, quod non est ex volumtate commisum. 5

**VIII, 3, 7. Recc. Erv.]**

## VII. ANTIQUA.

Si pali de sepibus incidentur.

Qui<sup>1</sup> de sepibus palos inciderit vel incenderit alienos, cum campus ille fructus ullos eo tempore non habuerit, in quadruplum reformare cogatur. Si autem fructus aliquid de his sepibus cladebatur, per singulos palos singulos tremisses conpellatur exolvere; ita ut, si ex fructibus aliquid perierit, ex integro reformetur. Eadem et de ortis sepe conclusis precipimus custodire.

**VIII, 3, 8. Recc. Erv.]**

## VIII. ANTIQUA.

Si in alienam silvam quis cum vehiculo capiatur.

Si quis aliquem comprehenderit, dum de silva sua cum vehiculo vadit et circulos ad cupas aut quecumque ligna sine domini permissionem asportare presumat, et boves et vehiculum alienae silve presumtor amittat, et que dominus cum fure aut violento comprehenderit, indubitanter obtineat.

**VIII, 3, 9. Recc. Erv.]**

## VIII. ANTIQUA.

Si loca fructifera vel pascuosa nimia congestia coartentur. 20

Si quis cum fructibus vineam, pratum vel pascua habere cognoscitur et fossas per circuitum pro solo terrore constitutat, ut non nisi per vineam aut messem transitus

VIII, 3, 6. l. 1. estimatis E 2. frugibus V 3. 15. 16. 20. || l. 2. ac] hac E 2; hanc E 1; anc V 3. l] ita R 1. E 1. V 1; quinquaginta alii. nesciente] inscio V 16. || l. 3. et deest V 2. l. 4. casum factum R 2. E 2; de casu factum Pith.; per casum f. V 3; casa facta E 1. factum] tantum 25 al. m. post add. E 2. fuerit] non voluntate add. V 15. reparat] ita R. E 1. V 16; reformat cett. l. 5. commissum] consumptum R 2.

VIII, 3, 7. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 15. 16. 18). — l. 6. ANTIQUA] ita R 1. V 3. 5; deest R 2. E. V 1. 2. 4. 6. 16. || l. 8. palos eradicaverit inciderit V 15. alienos] ita R. E 2. V 1. 6. 16. 18; alienus E 1; alienis Mad. fructos R 1. || l. 9. ullos] ullo R 1; ullus E 2; nullus R 2; illo V 1. eo deest V 1. abuerit R 2. E 2, et similiter saepius. fructos R 1. || l. 10. aliquid] ita R. E; aliquos R 3; aliquis V 2; aliqui cett. de his] ita R 1. V 1. 2; de eis E; eis R 2; in R 3; his cett. cladebatur] ita R 1. V 2; cladebantur cett. pro singulis palis V 16. 18. singulos deest E 1. || l. 11. ex fructibus si V 1. 2. frugibus R 2. deperierint R 2. ex] in E 1. || l. 12. custodiare] ita R 1. 3; custodiri cett.

VIII, 3, 8. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 8. 16. 20). — l. 13. ANTIQUA] ita R 1. E. V 2. 5; deest R 2. V 1. 3. 4. 6. 16. 20. || l. 14. alienam silvam] ita R. E; aliena silva cett. quis cum] quicunque cum R 2; quicunque E 2. || l. 15. vehiculo] veiculo R 2. E 2; aut sine vehiculo add. V 8. et] et aut V 2. || l. 16. lignamina R 2. permissionem] ita R 1; promissionem R 2; permissions E 2; iussione aut permissione Pith.; voluntate V 4; permissione cett. ad 40 sportare R 1; hasportare E 1; portare V 3. 4. presumat] ita R. E 1; presumserit cett. || l. 17. veiculum R 2. E 2. amittat] silve domino habendum add. V 4. 8. que] alia que V 4. 8. dominus silve V 1. furem R 2.

VIII, 3, 9. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 15. 16). — l. 19. ANTIQUA] ita R 1. E. V 2. 5; deest R 2. V 1. 3. 4. 6. 15. 16. || l. 20. congestia] ita R. E. V 3; angustia cett. 45 l. 21. fructibus] ita R 1. 3. E. V 2; frugibus R 2. cett. et] aut E 1. fossas per circu.] fortasse circuitum fossatum V 16. || l. 22. per circuitum] per circuitu R 1; des. V 4. ut] aut E 1. nisi deest V 16. transitum E 1.

1) V. p. 323, n. 1.

*Recc. Erv.] esse possit, damnum, quod viator intulerit, ad viatoris culpam redundare VIII, 3, 9. non convenit. Campos autem vacantes si quis fossis cinxerit, iter agentes non hec signa deterreant, nec aliquis eos de his pascuis presumat expellere.*

5 *Recc. Erv.]*

## X. ANTIQUA.

VIII, 3, 10.

De animalibus volumtarie in messe vel vineis missis.

Qui<sup>1</sup> iumenta vel boves aut quecumque pecora volumtarie in vineam vel messem miserit alienam, damnum, quod fuerit estimatum, cogatur exolvere. Et si maior persona est, pro caballis aut bubus per singula capita singulos solidos reddat; per minora vero capita singulos tremisses ei, cui damnum factum est, compellatur exolvere. 10 Certe si inferior est forte persona, et damnum ex integro reddat et compositionem ex medietate restituat adque XL flagella publice extensus accipiat. Si vero servus hoc sine iusu domini fecerit, omne damnum aut ipse aut eius dominus reddat, et ipse servus LX flagella suscipiat.

15 *Recc. Erv.]*

## XI. ANTIQUA.

VIII, 3, 11.

Si quelibet animalia frugibus damna concutiant.

Si cuiuslibet qualiacumque animalia vineam vel messem everterint alienam, ille, cuius animalia damnum intulerint, tantum vinee vel agri cum frugibus eius meriti domino de suo restituere non moretur, quantum exterminatum esse cognoscitur; ita

VIII, 3, 9. l. 1. viatorem V 3. || l. 2. cinxerit] ita R 3. alii; concinxerit R 1; cincxerit R 2; 20 cinserit E 2. || l. 3. deterreant] ita R. E; terreat cett.

VIII, 3, 10. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 15. 16). — l. 4. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 2. 5; deest R 2. E 1. V 1. 3. 4. 6. 15. || l. 5. in vinea vel mese V 3. messe] ita R. E. V 1. 2; messem cett. vineis] ita R. E. V 2; in vineis V 1; vineas cett. || l. 6. messem vel vineam] vinea vel messe E 1; messe vel vinea E 2. || l. 7. immiserit Pith. aliena] ita R 1. E; alienam cett. 25 fuerat V 1. estimatum R 2. E 2. V 1. Et deest R 2. || l. 8. cavallis V 1. bubus] ita R. E. V 2; bubis V 1; bobus cett. solidos reddat] solvat solidos Mad. per] pro E 1. || l. 9. tremisos E 1. l. 10. est forte persona] ita E. V 1. 2; est persona R 1; est fortasse persona R 2; forte persona est R 3. alii. ex integrum R 2. || l. 11. XL] quadraginta E 2. V 1; LX V 16; X R 2; decem R 3. l. 12. iussu] ita R 3. E. V 1; iusso R 1; iussione R 2. cett.*

30 VIII, 3, 11. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 16). — l. 14. ANTIQUA] ita R 1. V 2. 5. 6; deest R 2. E. V 1. 3. 4. || l. 15. quelibet] cuiuslibet V 4. 5. frugibus] ita R 2. E. V 1. 2; in fructibus R 1; in frugibus cett. concutiant R 1; concutiat R 2. || l. 16. cuiuslibet] cuiilibet R 2. aliena R 1. || l. 17. eius] ita R. E. V 1; eiusdem cett. || l. 18. quantum] quam R 2. exterminatum] extimat E 2.*

35 1) Cf. H. Brunner, 'D. Rechtsg? I, p. 301, n. 44; L. Sal. 9, Add. 2: Si . . . sepem alienam aperuerit et in messe, in prato, in vinia vel qualibet laborem pecora miserit, cuius labor est, si convinctus eum fuerit, ad testibus stematum damnum reddat . . . et insuper etc.; L. Burg. 27, 4. 5: Si quis sepem alienam aperuerit et caballos suos aut animalia in messem aut in pratum voluntarius miserit, si ingenuus est, per singula animalia inferat pro messis vel prati damno 40 domino solidos singulos. Si servus hoc fecerit, C fustium ictus accipiat, ita tamen, ut a domino servi damnum, quod admissum fuerit, componatur. Lex Eurici, unde et Francus legislator et Burgundio hauserunt, etiam verba sepem alienam aperuerit et caballos (pro iumenta) habuisse videtur. Hoc Recessvindus mutavisse, illa iam Leovigildus omisso videtur. Nam in Ed. Roth. c. 344, cuius auctor ex Leovigildi codice hausisse videtur, leguntur: Si quis caballus aut armenta 45 asto animo in messe aliena aut in prato vel in quolibet damnum miserit, componat per caput solidum unum excepto damnum, sicut arbitratum fuerit . . .

**VIII, 3, 11. Recc. Erv.]** ut collectis frugibus ille recipiat, qui dedisse videtur. Et si non habuerit agrum aut vineam, unde conponat, tantum frugis reddat, quantum in equali parte agri vel vinee fuerit estimatum.

**VIII, 3, 12. Recc. Erv.]**

### XII. ANTIQUA.

Si pratum defensum a pecoribus naufragetur.

Qui in pratum eo tempore, quo defenditur, pecora miserit, ut postmodum ad secundum non possit erba succrescere: si servus est qui hoc fecerit, XL hictus accipiat flagellorum, et fenum reddatur a domino eius, quantum fuerit estimatum; si liber et inferioris loci persona sit, per duo capita tremissem unum reddat, et fenum nihilominus iuxta estimatione ei, qui damnum pertulit, redditurus; si maior vero 10 persona sit, per duo capita unum solidum reddat et fenum habita estimatione restituat.

**VIII, 3, 13. Recc. Erv.]**

### XIII. ANTIQUA.

Si fructifera loca ab animalibus extiterint dissipata.

Si<sup>1</sup> quis caballum aut pecus alienum in vinea, messe, prato vel orto invenerit, non expellat iratus, ne, dum de damnum expellit, evertat; sed ad domum suam in- 15 clusurus adducat et dominum caballorum vel pecorum faciat certiorem, ut presentibus his aut vicinis eorum damnum, quod inlatum fuerit, estimetur, et ad campum utreque partes convenient, ut, postquam damnum inspexerint, pars campi vel vinee sive prati aut messis, que defrauta fuerit, mensuretur; et donec fructus colligantur, expectetur, ut tantum de inpasto loco ei, cui damnum intulerit, facta spatii exequatione tradatur, 20 et presentibus testibus et de eo loco, qui eversus est, et de eo, qui est intiger, fructus colligantur, ut quidquid minus in his locis, que a pecoribus eversa fuerint,

VIII, 3, 11. l. 1. fructibus R 3. V 2. Et si] Quod si Pith. || l. 2. frugis] frugem E 1; fruges V 1; frugum V 16; de frugibus Pith. parte agri vel vinee] agro vel vinea V 16. || l. 3. extimatum E 2. V 1.

VIII, 3, 12. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 16. 20). — l. 4. ANTIQUA] ita R 1. E. V 5; deest R 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 16. 20. || l. 6. ut] et E 1. || l. 7. erba] ita R 1. E 2. V 2; herba cett. fecit R 1. XL] decem R 3. hictus] ita R 1. E 2; hictos R 2; ictus cett. hictus fl. acc.] fīta capiat V 4; desunt V 2. || l. 8. a] ita R 1. 3. E 1. V 3. 16; ad R 2; deest cett. extimatum E 2. V 1. || l. 9. et deest E 2. V 1. 2. inferiori E. sit] est E 2. V 1. 2; deest R 2. per] propter V 2; pro E 2. V 1. Pith. 30 duobus capitibus V 1. Pith. uno R 1. et deest R 1. V 1. Pith. || l. 10. estimatione R 1; estimationem E 2. V 1. ei — pertulit] dampni ei, qui pertulit V 2. || l. 11. persona est pro duobus capitibus V 2. Pith. sol. unum E. V. habita estimatione] habita extimatum V 1; ad estimationem R 3; apud exti- 35 mationem E 2; iusta estimatione V 3. restitut] reddat E 2.

VIII, 3, 13. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4). 5. (6. 15. 16. 20). — l. 12. ANTIQUA] ita 35 R 1. E 2. V 15; deest R 2. E 1. V 1. 2. 3. 4. 6. 16. 20. || l. 13. extiterint] fuerint V 1. 4. Pith. || l. 14. ca- vallum et similiter infra V 1. orto] ita R 1. E 2. V 1; horto cett. || l. 15. damnum] ita R 1. E 2; damna R 2; damno cett. || l. 16. domino R 1. caballorum] iumentorum V 16. certiore] denuntiari V 5. l. 17. his aut des. V 2. fuerat R 2. extimetur R 2. E 2. V 1. et ad campum] tunc ad locum illum V 5. || l. 18. ut] ita R 1. 3. Pith.; et cett. || l. 19. defracta] desrupta V 2; defractaberat pro d. fuerat 40 V 3. fuerit] ita R 3; fuerint R 1; fuerant V 2; fuerat cett. mensurentur V 2. et donec] et deest R 2. fructos R 1. colligatur R 2. || l. 20. tantum de] tantumdem R 1; tantundem corr. t. de E 2; tantun- dem de V 1. Pith. ei cui] eius qui V 3. intulit R 1. ispatii R 1; expatii V 3. exequatione] esti- 45 mationem R 2. || l. 21. et pres.] ut pres. E 1. V 3; et deest Pith. intiger] ita R 1. 2; integer cett. l. 22. fructos R 1; fructibus E 2. ut] ita R. E. V 1. 2. 3; et cett. fuerant E 1. V 2.

1) Cf. L. Sal. 9, 1: Si quis animalia aut caballus vel quolibet pecus in messe sua in- venerit, penitus eum vastare non debet . . .; 2: Si quis in messe sua pecora aliena invenerit . . . et eas inclauerit et nulli paenitus innotescerit . . .; v. infra c. 15.

**Recc. Erv.]** repperitur, ille, cuius pecora fuerint, reformare cogatur. Pecora vero, **VIII, 3, 13.** postquam ipsorum locorum spatia mensuraverint, sicut est in legibus constitutum<sup>1</sup>, domino reformatur. Et<sup>2</sup> si pecora, dum per iracundia inmoderationis expellit, everterit, domino pecorum damnum simila tantummodo satisfactione restituat et sibi que debilitabit aut occidit usurpet; sic tamen, ut que everterit ante persolvat. Quod si pecora per casum, non culpa expellentis, debilitentur aut pereant aut in sudes sive in palos, dum expelluntur, inciderint, damnum solvatur ex medio, ut que superioribus legibus sunt statuta permaneant.

**Recc. Erv.]****XIII. ANTIQUA.****VIII, 3, 14.**

**10 Si expellentibus de fructibus pecora quisquam excutiat vel de clausura furto aut violentia tollat.**

Si<sup>3</sup> quis expellenti de fructibus pecora excusserit, si honestior est forte persona, det solidos V et duplum damnum, quod fuerit estimatum, cogatur exolvere; si certe humilioris loci persona fuerit et non habuerit, unde conponat, L flagella suscipiat et duplum damnum reddere conpellatur. Si vero servus hoc fecerit, ante iudicem C hictos flagellarum suscipiat, et domino eius nulla calumnia moveatur. Quod si de domo

VIII, 3, 13. l. 1. repperitur — fuerint des. R 2. V 3. repperiatur E 2. || l. 3. per iracundia ita R 1. 2; per iracundiam cett. || l. 4. evertit V 1. damna E 1. simplam R 1. || l. 5. debilitabit] ita R. E 2; debilitaverit V 16; debilitavit cett. occisit R 2. V 1. 2; occiderit V 16. usurpet] obtineat 20 V 3. sic] si E 1. V 1. Pith. que] qui R 2; deest E 2. everterit R 1; evertit V 1; avertit V 3. l. 6. per casum] per casu R 2; casu R 3. expellentis] dum expellunt E 2; dum expelluntur V 1. 2. 5. Pith. aut pereant] aut pereunt V 2; adpareant R 2. || l. 7. ut] aut R 2. V 2; et Pith. l. 8. sunt deest R 1. statuta] instituta R 2. E 2.

VIII, 3, 14. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 15. 16). — l. 9. ANTIQUA] ita R 1. 25 V 2. 5. 6; deest R 2. E. V 1. 3. 4. 16. || l. 10. expellenti Pith. frugibus R 2. E 2. V 1. 2. 3. 4. 5. quisquam] quicumque R 1. vel] aut E 1. V 2. clausura] ita E 1; clusura R 1. Pith.; clausam R 2; clausa V 1. 16; causa V 2; clusa cett. || l. 11. furto] ita R 1. V 5; furtu E 1. V 1; furtum R 2; furti E 2; furtim cett. || l. 12. expellenti] expellentibus R 2; expellentis E 1. frugibus V 1. 16. || l. 13. det] domino frugis add. V 16. solidus R 1; solidi E 2. V] quinque R 2. E 1. duplum deest V 2. ex- 30 timatum E 2. V 1. exolvere cogatur R 1. || l. 14. fuerit] est V 2. L] quinquaginta R 2. E 1. l. 15. reddere] exsolvore V 1. 5. vero deest R 2. V 3. iudice R 2. hictos] ita R 1; hictus R 2. E 2; ictus alii. || l. 16. accipiat flagellarum] ita R 2. 3. E. V 1. 2; flagellarum suscipiat R 1. alii. nullam calumnia R 2; nulla calumniam E 2. domum R 1; domo eius Pith.

1) VIII, 3, 11. 15; cf. supra p. 326, l. 18 sq. 2) Aliter L. Burg. 23, 2: Si 35 quodlibet animal, dum de messe, prato, vinea aut area annonaria expelliatur, inpalaverit, nihil ab eo, qui expulit, requiratur. 3) Cf. L. Sal. 9, 5: Si quis vero pecora de damno aut in clausura (inclusa al.), aut dum ad domum minantur, expellere aut excutere praesumpserit . . .; L. Burg. 23, 1: Quicumque animal de messe vel de quolibet damno inclusorit, et ante aestimationem damni praesumptione et arbitrio suo is, cuius animal est, de curte per vim 40 tulerit, inferat illi, cui vim intulerit, solidos VI . . . damni aestimatione taxata. Si servus hoc fecerit, C fustium ictus accipiat. 3: Quod si animalia, dum de damno ad clausuram minantur . . . ille, cuius sunt, tollere praesumpserit, singulos tremisses per singula animalia solvat . . . Ed. Roth. c. 346: Si quis peculium de damno ad clausura minaverit, et ille, cuius peculius est, antesteterit, conponat solidum unum, excepto damno, ut arbitratum fuerit. Lex nostra 45 fortasse a Recessvindi iureconsultis mutata est, omissis vocibus de damno et minantur, voce clausura in rubrica tantummodo retenta, quas, testantibus legibus illis aliarum gentium, antiquior huic legis textus, unde hauserunt, videtur habuisse.

VIII, 3, 14. **Recc. Erv.]** aut clausa involaverit aut per violentia tulerit, octo solidos qui iniuriam pertulit consequatur, et preterea duplum damnum ille, qui abstulit, reddere compellatur. Si vero servus hoc fecerit, C flagella suscipiat, et dominus eius nihil damni sustineat.

VIII, 3, 15. **Recc. Erv.]**

XV. ANTIQUA.

5

De animalibus in vinea, messe vel prato perventis.

Si<sup>1</sup> quis in vineam suam, messe, prato vel orto iumenta vel pecora invenerit aut prenderit, statim domino pecorum ipsa aut altera die nuntiaturus includat. Quod si dominus pecorum mittere vel venire noluerit, damnum a vicinis, quod factum est, extimetur, et ad satisfactionem ille, cuius pecora fuerint, iudicis executione venire cogatur et damnum exolvat. Si tamen probaverit aut certe iuraverit ille, qui prendidit, damnum ipsum ab ipsis animalibus factum fuisse, ille vero, cuius pecora sunt, si ad extimationem damni aut pecora recipienda non venerit, adaquentur tantummodo<sup>2</sup> ac triduo teneantur inclusa; et pro retentis triduo pecoribus nullam calumniam inferre poterit qui ad extimationem venire neclixerit. Post triduum autem animalia dimittantur, et dimissis animalibus, si dominus eorum venire contemserit, pro contemto ipso, quia inspicere noluit, iuxta estimationem testium in duplum cogatur exolvere. Quod si ille, cuius pecora sunt, ad eum, cui damnum factum est, venerit, rogans eum, ut ad extimationem damni adcedat, ut pecora relaxentur, et ille non adquiescat, volens pecora eius interficere: si hoc ita fecisse convincitur, per singula capita maiora singulos solidos reddat, per minora capita singulos tremisses. Similiter hec lex continet et de illis, qui ante triduum pecora clausa non publicaverint. Si autem hoc servus fecerit sine domini volumtate, C flagella suscipiat et dominus eius nihil damni sustineat.

VIII, 3, 14. *l. 1. clausa] ita R 2. E 1. V 2. 15. 16; clausum R 1; clusa E 2. V 1. 3. Pith.; de 25 clauso R 3; de clausa Mad.; clusura Pith. in marg. per violentia R 1. tulerint R 1. || l. 2. per-*  
*tulerit R 3. E 2. abstulit] vel furtum fecit add. V 4.*

VIII, 3, 15. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. (3. 4. 5. 6. 16). — l. 5. ANTIQUA] ita R 1. V 2. 5; deest R 2. E. V 1. 4. 6; FLS GLS RCDS REX V 3. || l. 6. perventis — prato des. R 1. perventis] ita E; perventi R 2; preventis cett. || l. 7. vineam suam] ita R 2. E 2; vinea sua cett. 30 orto] ita R 1. E 2. V 1; horto cett. || l. 8. aut pr. des. R 2. aut] et R 3. E 1. prendiderit] ita E. V 1. 2; prenderit R 1. pecorum] ita R 1. 2. E; pecorum R 3; pecudum cett. denuntiaturus R 2. l. 9. pecorum deest R 2. || l. 10. extimetur] ita R. E 2. V 1; estimetur cett. fuerunt R 2; fuerant e corr. E 2; sunt V 2. || l. 11. et] ut V 2. exolvat] ita R; exolvat E. V 1. 2; solvat alii. probaberit R 2. E 2. aut certe iur. des. V 3. || l. 12. prendidit] prehendiderit V 2. ipsum] ipsut E 2. || l. 13. exti- 35 timationem] ita R 1. E 2. V 1; estimationem cett. ad pecora V 16. || l. 14. inclausa R 2. || l. 15. poterit] potuerit V 2. qui ad] quia ad E 2. V 1. extimationem] ita R 1. E 2; estimationem cett.; damni add. Mad. neclixerit] ita R 1; neclexit vel neglexit R 2. 3. V 1. 2; neglexerit cett. || l. 16. contempsit E 1. || l. 17. contemto] ita R 2; contento R 1; contentu E 2; contemptu R 3; contemptu cett. quia] qui R 2. extimationem E 2. in deest V 1. duplo R 2. || l. 19. extimationem] ita R 1. E 2. V 1; 40 estimationem cett. adcedat] ita R 1. E 2; accedat cett. ut] et R 2. || l. 21. solidos — singulos des. E 1. minorata capita] minorata R 3. E 2. V 5; minorata vero V 2. || l. 22. illis] illo R 3. E 2. clausa] dominis add. Mad. publicaverit R 1. 3; publicaverunt E 1. || l. 23. Si] Sin R 2. C] centum R 2. V 2. || l. 24. eius deest E 2.*

1) Cf. VIII, 3, 10—14. *De re ipsa, quae hac lege continetur, cf. Wilda, 'Pfändungsrecht' in 'Z. f. D. Recht' I, p. 229 sqq.; Dahn, 'Studien' p. 84 sqq.; H. Brunner, 'D. Rechtsg.' II, p. 531.* 2) Cf. Ed. Roth. c. 346: Et si ille, cuius peculius est, tenens duritiam cordis eum liberare dispexerit, tunc habeat eum ille, qui in damnum invenit, novem noctis, aqua tantum ei dit etc.; Wilda l. c. p. 238; Gierke, 'Der Humor im D. Recht' (ed. 2) p. 53.

*Recc. Erv.]*

## XVI. ANTIQUA.

VIII, 3, 16.

Si priusquam expellantur, animalia de frugibus exierint.

Si iumenta vel pecora de frugibus, priusquam expellantur, exierint, ea non liceat comprehendi, quia utrum ipsa damnum fecerint nescitur. Nam si eam ipse, 5 cuius sunt, aut quicumque vicinus expulerit, dominus iumentorum vel pecorum extimationem damni inplere cogatur.

*Recc.]*

## XVII. ANTIQUA.

*Erv.]*

## XVII.

VIII, 3, 17.

Si in fructibus animalia perventa  
quacumque aliquis detruncatione  
turpaverit.

Si labia pecoribus aut ceteris animalibus  
vel\* aures qui in fructibus suis comprehendenter  
inciderit\*\*, illa, que deformavit, obtineat et domino  
pecorum alia sana et similia restituere non moretur.

\*) Pro vel aures V 4. Mad. praebent: caudam,  
aures vel alia membra.

\*\*) V 4. Mad. addunt: aut turpaverit.

10

15

*Recc. Erv.]*III. TITULUS: DE DAMNIS ANIMALIUM VEL  
DIVERSORUM RERUM.

20

25

I. Si caballus vel animal alienum aut de legamine tollatur aut extra voluntate  
domini in aliquo fatigetur.  
II. Si prestitum animal contra definitionem et voluntatem domini fatigetur.  
III. Si caballi aut cuiuscumque animalis coma vel cauda turpetur.

III. Si alienum animal testiculis desecetur.  
V. Si iumenti partus excutiatur.  
VI. Si cuiuscumque animalis partus excutiatur.

VIII, 3, 16. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. (3. 4). 5. (6. 16. 18). — l. 1. ANTIQUA] ita  
R 1. E; deest R 2. V 1—6. || l. 3. frugibus] ita R 1. V 1—5. 16. 18. Pith.; fructibus R 2. 3. E. V 6.  
30 l. 4. licet V 1. Pith.; liceant E 2. comprehendere] ita R 1. 3. E 1. V 1; comprehendere R 2; comprehendere E 2.  
V 5; occupare V 16; comprehendere cett. eam] ita R 1. 2. E; ea cett. || l. 5. expulerit] expellerit  
R 1. dominus] domino R 2. || l. 6. extimationem] ita R 1. E 2; estimationem cett. cogantur E 1. V 1.

VIII, 3, 17. Codd. R 1. 2. (3). V 3. — l. 7. AN-  
TIQUA] ita R 1; deest R 2. || l. 8. perventa] per-  
25 temta V 3. || l. 9. quacumque] quicunque R 2.  
detruncationem R 1; detorpatione V 3. || l. 11. labia  
pecoribus] labium pecorum R 2. vel aures] aut  
aures R 2. || l. 12. comprehendere R 2. || l. 14. alium  
sanum R 2.

40

TIT. IIII. Lemma. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 6. — l. 20. DIVERSORUM] ita R. E 2. V 1;  
DIVERSARUM cett.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. E 1. 2. — l. 21. caballum R 2. aut deest R 2. legamen R 2.  
tollat R 2. ubi reliqua rubricae pars deest. extra] ex R 1. voluntatem E 1. || l. 23. definitione E 2.  
45 voluntate R 2. domini fat. des. R 2. || l. 24. caballum R 2; caballus E 1. cuiuscumque] qualis-  
cumque R 1. || l. 25. testiculos R 2; testiculo E 2. || l. 27. animal R 1.

VIII, 3, 17. Codd. E 1. 2. V 1. 2. 4. 5. 6. —  
l. 7. XVII] ANTIQUA add. E 2. V 2. 6. || l. 8. fru-  
gibus V 1. 2. 4. 5; frugibus suis Pith. || l. 9. ali-  
quis] aliquid E 1; deest V 4. turpaverint E 1;  
deturpaberit E 2; turpentur V 4. || l. 12. qui] qui  
V 1; quos V 4; quae Pith. frugibus V 1.  
2. 5. Pith. suis deest V 5. || l. 13. inciderit]  
hos presumptive inciderit V 4.

- Recc. Erv.] VII. Si qualiacumque animalia ab invice evertantur.*
- VIII. Si damnum vel iniuriam impellente aut sine damnum alienum animal occidatur.
- VIII. Si bos alienus sine domini volumtate operibus subiugetur.
- X. Si qualiacumque animalia trituriis aree fatigentur.
- XI. Si pecus absque damno in clusuram mittatur.
- XII. Si animal cuicunque faciat quodcumque damnosum.
- XIII. Si quodcumque animal quacumque percussione debilitetur.
- XIV. Si pecus alienum sciente an ignorante domino gregi alterius misceatur.
- XV. Si animali quodcumque pavidum inligetur, per quod ruptum aut debilitetur aut moriatur.
- XVI. Si vitiosum animal, cum aput dominum est, cuiuscumque etatis occidisse hominem videatur.
- XVII. Si animal vitiosum quis a se abiciat vel non abiectum retineat.
- XVIII. Sue habendum culpe, si irritatum animal noceat irritantem.
- XVIII. Si iuste an iniuste concitatus canis quempiam debilitasse vel occidisse probetur.
- XX. De cane damnoso.
- XXI. De lesione vestis.
- XXII. Si fraudulenter quis ambulans in laqueos feris preparatos incidat.
- XXIII. Ut, qui laqueos feris ponit, et loca discernat, in quibus ponat, et vicinos admoneat.
- XXIII. De damnis iter publicum concludentium.
- XXV. De servando spatio iuxta vias publicas.
- XXVI. Si de campis vacantibus iter agentium animalia expellantur.
- XXVII. Ne iter agentibus pascua non conclusa vétentur.
- XXVIII. Ut, qui in transitum fluminis culturam facit, laborem sepe circumdet.
- XXVIII. De discretione concludendorum flumen.
- XXX. De confringentibus mulina et conclusiones aquarum.
- XXXI. De furantibus aquas ex decursibus alienis.

*l. 1. qualienumque R 1; qualicumque R 2. invice] ita R; invicem E. evertantur R 1.  
 l. 2. damnum vel iniuriam] ita R; damno vel iniuria E. impellent R 1. aut] ita infra ipsius  
 legis rubrica; ut ea R 1; an R 2. E. damnum] ita R; damno E. al. an. occ. des. R 1. || l. 4. bos  
 bus R 1. domini deest R 1. volumtate] volumtatem R 1; voluntate R 2. E 1. subiungatur R 2. E 2.  
 l. 5. area E 2. || l. 6. clusuram] ita R 1; clusura R 2. E. mittantur R 2. E 2. || l. 8. debilitetur  
 vel occidatur E. || l. 9. scientem an ignorantem R 2. an] hac E 2. gregi] in grege R 1.  
 misceatur deest R 2. || l. 10. animal R 2. E 1. inlegetur R 1; inlegetetur R 2. quod ruptum] quod  
 rup R 1; corruptum R 2. aut deb. des. R 2. || l. 11. aut moriatur des. R 1. 2. || l. 13. eniuse.  
 etatis des. R 1. occ. hom. vid. des. R 1. 2. occidisse hominem] ita E 1; h. o. E 2. || l. 14. habiciat  
 R 1. vel — retineat des. R 1; retineat deest R 2. || l. 15. Sue] Sive R 1. E 1. irritantem deest R 2. 40  
 l. 16. debilitasse deest R 2. vel occ. probetur des. R 1. 2. || l. 18. damnosum R 1. || l. 19. lesionem  
 R 2. || l. 20. fraudulenter R 2. in laqueos des. R 1. feris pr. inc. des. R 1. 2. qui] quicunque E 1.  
 l. 21. feris ponet R 2. et loca disc. des. R 1. loco E 2. in quibus — admoneat des. R 1. 2.  
 l. 22. amoneat E 2. || l. 23. iter] inter E 1. 2. || l. 24. reservandum ispatum R 1. || l. 25. animalia  
 deest R 1. expellantur deest R 1. 2. || l. 26. agentium R 2. || l. 27. laborem s. circ. des. R 1. 2. 45  
 l. 29. mulina] ita R 1; molina cett.*

Recc. Erv.]

## I. ANTIQUA.

VIII, 4, 1.

Si caballus vel animal alienum aut de ligamine tollatur aut extra volumtate domini in aliquo fatigetur.

Si<sup>1</sup> quis caballum alienum vel aliut animal de pedica sive de ligamine tulerit sine conscientia domini sui, unum solidum ei det. Et si per hanc occasionem perierit, alium eiusdem meriti caballum vel animal restituat. Quod si eum alibi ambulare cogerit<sup>2</sup> vel laborare fecerit domino nesciente, alium equalis meriti cum eo dare cogatur; sic tamen aut si ipsa aut altera die eum dominus suus invenerit. Quod si tertia die animal inventum non fuerit, ille, qui animal alienum presumserat, pro fure teneatur.

Recc. Erv.] II. FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX.

VIII, 4, 2.

Si prestitum animal contra definitionem et volumtatem domini fatigetur.

Quicumque<sup>3</sup> contra volumtatem eius, qui prestitit, animal supra definitionem cursu, honeribus vel itinere fatigaverit<sup>4</sup>, per decem milia det solidum unum. Quod si minus quam decem milia fuerit, estimato itinere vel labore, extimetur et compositio damni. Nam<sup>5</sup> si debilitatus aut mortuus fuerit, debilem sibi habeat et similem reddat; pro mortuo vero vivum talem sine excusatione restituat.

VIII, 4, 1. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 15. 16. 18). — l. 1. ANTIQUA] ita R 1. E. V 2. 5; deest R 2. V 1. 3. 4. 6. 15. 16. || l. 2. Si caballus] De caballis E 1; Si quis cavallus (et ita semper cavall-) V 1. alienus R 2. de ligamen R 2; de ligamento V 3. extollatur R 2. l. 3. volumtate] ita R 1. 2; voluntate E. V. || l. 4. caballum vel bove alienum V 3. aliut] ita R 2. E 2; alium R 1; aliud cett. peduca R 2. E 2. V 1; pecuda V 4. sive de lig.] vel de pascuo V 15. de lig.] de deest R 2. V 2. 4. 18; de licamento V 3. || l. 6. alium deest R 2. E 1. V 1. 2. 4. 5. domino restituat V 3. 4. Mad. eum] cum Pith. in textu, in marg.: eum. alio] aliquo modo V 1; aliquo V 2; alicubi V 3; alibi V 6 et Pith. in marg. || l. 7. cogerit] ita R 1; coegerit cett. laborare] labore R 1. equalem V 2. || l. 8. sic tamen aut si] ita emendari; si tamen ut si R 1; sic tamen ut si E 2; si tamen aut si E 1; sic tamen aut V 18; tamen si R 2. 3; si tamen V 1. 2. Pith.; si tamen aut V 3. 4. Mad. die R 1. eum deest E 1. cogatur deest R 2.

VIII, 4, 2. Codd. R 1. 2. (3). R 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 8. 15. 20). — l. 11. FL. — REX] des. E 2. V 3. 4. 15. 20; ANTIQUA add. V 8. GLOR. deest E 1. RECC.] RECDS R 1; RECCESSTHS R 2; RCDS V 2. 5. 6; R E 1; RECARCUS V 1. || l. 12. Qui] Si V 2. in aliquo fatigetur V 2. l. 13. Quicumque] Ubicumque R 2. contra] citra V 2. qui] deest E 1; quis E 2. || l. 14. in itinere R 2. 3. honeribus] ita R 1. 2. E 2; oneribus alii. milia] miliaria R 3. V 15. || l. 15. fuerit] ita R 1. 2. 3. V 2; fuerint cett. estimato R 2. E 2. V 1; estimatum V 2; estimatum V 3; estimatione R 3. in itinere R 2; itineris R 3. labore] labor E 1; laborare E 2; laboris R 3. extimetur] ita R 1. 2. E 2; estimetur cett. || l. 16. debilitatum aut mortuum V 2. aut] et Pith. sibi] si E 1. abeat R 2. E 2. l. 17. mortua vero vivam E 1. tale R 2.

- 1) *Hanc legem ex Codice Euriciano receptam esse, docent leges Burgundionum et Francorum Salicorum; cf. L. Burg. 4, 6: Si autem impedicato caballo ingenuus pedicam tulerit, eiusdem meriti caballum se redditurum esse cognoscat; L. Sal. 27, 3: Si quis pedica de caballo imbulaverit . . .; ib. 4: Si vero caballi ipsi perierunt, ipsos in capite restituat.*
- 2) *Desideratur sententia illa, quam ex antiquiori legum Visigothorum corpore et Burgundiones et Langobardi recepisse videntur; sc. L. Burg. 4, 7: Si caballum alienum ingenuus non permittente domino ascendere praesumpserit, II solidos illi, cuius caballus est, pro unius dici itinere daturum se esse cognoscat, et Ed. Roth. c. 340: Si quis cavallum alienum ascenderit et infra vicinia tantum cavallicaverit . . ., conponat solidos duos; cf. L. Sal. 23: Si quis caballum alienum extra consilium domini sui (ascenderit et eum) cavallicaverit . . . Sententia fortasse cum lege quadam antiquiori, cui Recessvindus sequentem suam (VIII, 4, 2) substituit, omissa est.*
- 3) *V. n. 2.*
- 4) *Cf. Dig. XLVII, 2, 40 (Paulus): Qui iumenta sibi comodata longius duxerit . . ., furtum facit.*
- 5) *Cf. infra c. 13.*

VIII, 4, 3. *Recc. Erv.]*

## III. ANTIQUA.

*Si caballi aut cuiuscumque animalis coma vel cauda turpetur.*

*Si<sup>1</sup> quis alieni caballi coma turpaverit aut caudam curtaverit, eiusdem meriti alium cum eo sine dilatione domino restituat. Si vero alterum qualemcumque animal curtaverit, per singula capita singulos triantes reddere conpellatur.*

VIII, 4, 4. *Recc. Erv.]*

## III. ANTIQUA.

*Si alienum animal testiculis desecetur.*

*Qui<sup>2</sup> alienum animal aut quemcumque quadrupedem, qui ad istadium fortasse servatur, invito domino vel nesciente castraverit, vel<sup>3</sup> bovem, aut que non castrantur secaverit, domino in duplum cogatur exolvere, cui propter invidiam hoc videtur intulisse dispendium.*

VIII, 4, 5. *Recc. Erv.]*

## V. ANTIQUA.

*Si iumenti partus excutiatur.*

*Si<sup>4</sup> quis quocumque pacto partum eque pregnantis excusserit, pulletrum anniculum illi, cuius fuerat, mox reformat.*

VIII, 4, 6. *Recc. Erv.]*

## VI. ANTIQUA.

*Si cuiuscumque animalis partus excutiatur.*

*Si<sup>5</sup> quis vaccam pregnantem abortare fecerit alienam, talem aliam cum vitulo domino reformare cogatur et illa, cui partum excussit, ipse accipiat. Hec et de aliis quadrupedibus forma servetur.*

VIII, 4, 3. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 16). — l. 1. ANTIQUA] ita R 1. E 1. V 3. 5; deest R 2. E 2. V 1. 2. 4. 6. 16. || l. 2. cuiuscumque] cuiuslibet V 2. || l. 3. coma] ita R 1. 2. E 2; comam cett. coma — curtaverit] comam vel caudam turpaverit vel castraverit V 4. aut caudam curt. des. V 3. aut caudam] vel caudam V 2. curtaverit] turpaverit R 1; costaverit V 2. l. 4. cum eo des. V 4. dilatatione (sic!) E 2. qualemcumque] ita R 1. 2. E 2; qualemcumque cett. 25 l. 5. curtaverit] costaverit V 2; castraverit V 4. triantes] ita R 1. 2. 3. E; trientes V. domino reddere V 3.*

VIII, 4, 4. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 15. 16). — l. 6. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 2. 5. 6; deest R 2. E 1. V 1. 3. 4. || l. 7. testiculo E 2. desecetur E 1. || l. 8. quodecumque E 2. qui ad] quod E 2. istadium] ita R 1; istodium E 2; studium R 3. V 1. 2; studio R 2; stadium 30 cett. || l. 9. castraverit] constraverit V 2. aut] vel Pith. castrantur secaverit] secantur castraverit Pith. l. 10. secaverit] ita R 3. E 1. V 1. 2. 4. 5. 15. 16; secaberit R 1; castraverit R 2. E 2. V 3. cui] qui V 3; quia Pith.*

VIII, 4, 5. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. — l. 12. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 2. 5. 6; deest R 2. E 1. V 1. 3. 4. || l. 13. excutiatur R 1. || l. 14. Si quis quoel.] Quicunque 25 R 2. pacto] pactum R 2. partum deest V 2. pullutrum E 1; pollutrum V 1. || l. 15. fuerat] fuerit V 1. Pith. reformat] restituat E 1.*

VIII, 4, 6. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 16). — l. 16. ANTIQUA] ita R 1. V 2. 6; deest R 2. E. V 1. 3. 4. 5. 16. || l. 17. partu R 2. || l. 18. priganter R 1. abortare f. alienam] alienam avortare fecerit E 1. avortare E 1. V 1. 2. aliena R 1. || l. 19. illa] ita R 1. 2; 40 illam cett. partus E 2; postum V 2. excusserit Pith. Hec] Similiter V 3. et deest Pith.*

1) *Lex Euriciana, ut videtur; cf. L. Burg. 73, 1: Seu . . . fuerit aut eversum animal aut debilitatum, in potestate sit domini . . ., utrum ipsum recipere velit et alium aut duos tales caballos . . .; ib. 3: De caballo etiam curtato similis poenae servanda conditio est; L. Sal. 38, 8; Ed. Roth. c. 338. 341.* 2) Cf. L. Sal. 38, add. 4. 3) I. e. ‘exempli 45 causa bovem’. Verba intelligimus de ‘bove ad stadium servato’, i. e. de tauro ad taurinicum circense destinato. 4) Cf. Ed. Roth. c. 333: Si quis pereusserit equa pregnante etc.

5) Cf. Ed. Roth. c. 332: Si quis pereusserit vacca pregnantem et avortum fecirit etc.

**Recc. Erv.]****VII. ANTIQUA.****VIII, 4, 7.**

Si qualicumque animalia ab invicem evertantur.

Si<sup>1</sup> cuiuslibet iumenta aut armenta vel alia pecora se invicem forte conliserint,  
dominus iumenti vel aliorum animalium, alium eiusdem meriti eius domino reddat et  
illum debilitatum aut occisum sibi obtineat.

**Recc. Erv.]****VIII. ANTIQUA.****VIII, 4, 8.**

Si damno vel iniuria inpellente aut sine damno alienum animal  
occidatur.

Si quis alienum animal occidisse aut vulnerasse convincitur, non damno qualem-  
cumque compulsus, alium eiusdem meriti domino reformare cogatur, et si servus est,  
L flagella publice suscipiat; ingenuus vero quinque solidos det. Nam si eundem  
damni commovit iniuria, ut eum occideret aut debilitaret, pretium pecodis aut animalis  
reddat occisi vel debilitati et nihil patiatur iniurie.

**Recc. Erv.]****VIII. ANTIQUA.****VIII, 4, 9.**

Si bos alienus sine domini volumtate operibus subiugetur.

Si<sup>2</sup> quis bovem alienum iunxerit sine conscientia domini eius ad aliquid  
carricandum sive pro volumtate sua retinendum, eiusdem meriti cum eo alium  
domino reddat.

VIII, 4, 7. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 16). — l. 1. ANTIQUA] ita R 1.  
20 E 2; deest R 2. E 1. V 1—6. 8. 16. || l. 2. qualicumque R 1. V 2; qualibetumque R 2. ab] aut R 2.  
se evertantur R 1; evertatur R 2. E 2. V 2. || l. 3. aut] vel V 2. vel] aut V 2. alia deest R 2. se  
deest R 1. conliserint] vel occiderint add. V 1. 4. 8. Pith.; vel occiserint V 2. 5. || l. 4. alium]  
ita R 1. E; deest R 2. V 2; aliud cett. meriti alium V 2. eius deest R 2. V 1. 2. Pith. || l. 5. illum]  
ita R 1. E 2. V 1. 2. 3; illud cett. aut occisum] sive occisum V 2.*

VIII, 4, 8. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 16. 20). — l. 6. ANTIQUA] ita R 1.  
E 2. V 2. 5; deest R 2. E 1. V 1. 3. 4. 6. 16. 20. || l. 7. iniuriam R 2. E 2. inpellentem R 2. aut]  
an E. V 1. 2. damnum R 1. || l. 9. occisisse R 3. E 1; occise R 2. qualeumque] ita R 1. 3. E 2;  
qualicumque cett. || l. 10. alium] ita R 1. 2. E 1. V 1. 2; aliud cett. domino deest Pith. || l. 11. publice  
deest V 1. 5. det et R 2. si et E 2. || l. 12. commovit] commonuit R 1. E 2. iniuriam R 2. E 2.  
30 aut debilitaret des. V 1. 5. pecodis] ita R 1. 2. E 2. V 3; pecoris R 3; pecudis cett. aut deest R 1.  
l. 13. reddatur E 2. Pith. hoccisi R 1.*

VIII, 4, 9. *Codd. l. 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 16. 20). — l. 14. ANTIQUA] ita  
R 1. E 2. V 2. 5; deest R 2. E 1. V 1. 3. 4. 6. 16. 20. || l. 15. alienum E 2. V 1. subiungatur R 2.  
l. 16. iunxerit] ita R 1. V 1; iunserit E 2; iunxerit cett. conscientiam R 1. eius] sui V 1; deest V 2.  
35 l. 17. pro] per E 2. volumtatem suam R 2; voluntate sui V 1. retinendo R 1. eiusdem] eius V 1.  
l. 18. reddat] dare cogatur V 3.*

1) *Ad exemplum legis nostrae eadem, sed aliis verbis concepta constituit Ed. Roth. c. 328:*  
Si animales alienum animalem occiderit aut intrigaverit, tunc dominus . . . consignet ipsum  
intrigatum illi, cuius animales eum intrigavit, ut similem . . . recipiat ab ipso, cuius animales  
40 hoc fecit. 2) *Lex Euriciana est. Cf. L. Burg. 4, 8: Qui alienis bobus domino inconscio  
aut non permittente opera facere praesumpserit, duos solidos bobum domino cogatur exsolvare.  
De vera huius loci lectione atque de ratione, quae sit inter eum et legem nostram antiquam, vide  
quae disserui 'N. Arch.' XXV, p. 265 sq.*

VIII, 4, 10. *Recc. Erv.]*

## X. ANTIQUA.

*Si qualiacumque animalia trituris<sup>1</sup> aree<sup>2</sup> fatigentur.*

Si quis caballum aut aliut quodecumque alienum animal in area miserit, per singula capita singulos solidos reddat. Et si per hanc occasionem animal mortuum fuerit, et solidum reddat et eiusdem meriti animal domino cogatur exolvare. <sup>5</sup>

VIII, 4, 11. *Recc. Erv.]*

## XI. ANTIQUA.

*Si pecus absque damno in clusuram mittatur.*

Qui absque aliquo damno inclusum pecus detinuerit alienum, si servus hoc nescio domino fecerit, tantummodo XL hictos accipiat flagellorum. Si ingenuus fuerit, per duo capita tremissem unum ei, cui pecus conclusum est, cogatur exolvare. <sup>10</sup> Quod si ex ipsis pecoribus aliquid debilitatum aut mortuum fuerit, iuxta superiorem legem conpositio fiat.

VIII, 4, 12. *Recc. Erv.]*

## XII. ANTIQUA.

*Si animal cuicunque faciat quodcumque damnosum.*

Si<sup>3</sup> cuiuscumque quadrupes aliquid fecerit fortasse damnosum, in domini potestate consistat, utrum quadrupem noxiū tradat, an ei, qui damnum pertulit vel aliquid exceptit adversi, iuxta iudicis extimationem conponat. <sup>15</sup>

VIII, 4, 13. *Recc. Erv.]*

## XIII. ANTIQUA.

*Si quodecumque animal quacumque percussione debilitetur vel occidatur.*

Si<sup>4</sup> quis alienum iumentum percusserit, ita ut debile efficiatur aut de ipsa fortasse percussione mortuum fuerit, ille, qui percussit, alium eiusdem meriti domino

VIII, 4, 10. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 15. 16. 20).* — *l. 1. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 2. 5; deest R 2. E 1. V 1. 3. 4. 6. 16. 20. || l. 2. qualicumque V 2. animalia aliena Pith. trituris] ita R. E. V 1. 2; in trituris V 3. Mad. || l. 3. area] ita R 1. 2. E; aream R 3. V 1. miserit] vel fatigaverit add. V 4; sine conscientia dominis sui add. V 15. || l. 5. animal — exolvare] 25 cabelli vel aliut animal restituad domino eius V 3. exolvare] reformare V 15.*

VIII, 4, 11. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 16).* — *l. 6. ANTIQUA] ita R 1. V 2. 5; deest R 2. E. V 1. 3. 4. 6. 16. || l. 7. pecus alienum V 3. clausura R 2. E 1; clusa E 2. V 3; clausuram V 2. mittatur bis scr. R 1; mittantur E 2. V 2. || l. 8. Qui] Si quis V 2. 6. inclusum] ita R 2. E 2. V 1. 2. Pith.; inclusu R 1; in clusa V 3; in conclusum R 3; in clusura 30 Mad. || l. 9. nescio d.] nesciente d. V 1. 4. Pith.; d. ignorante V 15. fecerit] comiserit V 3. hictos] ita R 1; hictus R 2. E 2; ictus cett. hictos — flag.] flagella capiat V 4. || l. 10. tremisse uno R 1; trimissem unum E 2. duo] singula V 3. cui] ita R 1. E 2. V 1. 2; cuius cett. conclusum] ita R 1. 2. 3; inclusum cett. || l. 12. conpositio fiat] compositionem R 2.*

VIII, 4, 12. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 16).* — *l. 13. ANTIQUA] ita R 1. 35 E 2. V 2. 5; deest R 2. E 1. V 1. 3. 4. 6. 16. || l. 14. Si] De E 1. cuiuscumque E 1. V 2. || l. 15. Si — potestate des. R 2. quadrupedis E 1; quadrupedes E 2. potestatem E 2. || l. 16. quadrupem] ita R 1. V 2; pedem E 1; quadrupedem cett. pertulit] intulit E 1. || l. 17. iudicis] eius E 1. extimationem] ita R 1. 2. E 2. V 1; estimationem cett. conponat] damni conpositio fiat V 16.*

VIII, 4, 13. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 16. 20).* — *l. 18. ANTIQUA] ita 40 R 1. E 2. V 2. 5; deest R 2. E 1. V 1. 3. 4. 6. 16. 20. || l. 19. quamcumque R 2. percusionem R 2. E 2. vel] aut V 1. || l. 20. debilis R 2. || l. 21. alium] ita R 1. 2. E. V 1. 2; aliud cett.*

1) *Tritura* = *trituratio* ('das Dreschen'). 2) *Area* est locus aptatus ad vehendum tribulum, quo frumentum triturabatur ('Dreschtenne'). 3) Cf. quae H. Brunner, 'Absichtlose Missethat' p. 834 sq. disseruit. Haec tamen lex ad exemplum sententiae iuris Romani scripta 45 est, quae exstat Pauli Sent. I, 15, 1: Si quadrupes damnum intulerit. Si quadrupes pauperiem fecerit damnumve dederit . . . in dominum actio datur, ut aut damni aestimationem subeat, aut quadrupedem cedat. Quod etiam lege Pesolania de cane cavetur (cf. infra c. 20). 4) Cf. Ed. Roth. c. 337. 339.

**Recc. Erv.]** reformare cogatur et illut debile sue vindicet potestati. Quod si iumentum VIII, 4, 13. non habuerit, pretium iuste estimationis domino iumenti restituat. Et similis hordo tam de caballo quam de bobe vel reliquis animalibus ab omnibus observetur.

**Recc. Erv.]**

### XIII. ANTIQUA.

VIII, 4, 14.

5 Si pecus alienum sciente an ignorante domino gregi alterius misceatur.

Si cuiuslibet pecora cum alicuius se miscerint, et hoc ipse prospexerit, et sic de ipsius grege abierint, ut nullam ex hoc conscientiam habeat, dominus pecorum sacramentum ab eodem accipiat, quod non ipsius fraude vel culpa exinde abscesserint, et nec sibi ea presumsit nec alicui tradidit, et nihil cogatur exolvere. Quod si ad 10 domum suam adduxerit, et iudicem non monuerit vel in conventu publice infra octabum diem non contestaverit, in duplum satisfaciatur.

**Recc. Erv.]**

### XV. ANTIQUA.

VIII, 4, 15.

Si animali quocumque pavidum inligetur, per quod ruptum aut debilitetur aut moriatur.

15 Si<sup>1</sup> quis caput mortui pecoris aut ossa vel aliquid, unde animal terreatur, ad caudam caballi crediderit adligandum, et per hoc currendo ruptus probetur aut mortuus, alium sanum caballum domino reformare non moretur, quia legum statuta transcendit. Quod si caballus nihil debilitatis incurrit, L hictos accipiat flagellorum. Si servus hoc fecerit, C verberibus addicatur.

20 VIII, 4, 13. l. 1. illat] ita R 2. E 2; ille V 1; illum R 1; illud cett. debilem R 1. l. 2. abuerit R 2. E 2. iuste estimationis] iusta extimationem E 2; iuxta estimationem R 3. V 5. 16. 20; iuxta extimationem V 1; iuxta estimationem iudicis V 2. Et] Hee V 2. hordo] ita R 1. 2; ordo cett. || l. 3. caballum R 1. bobe] ita R 1. E 2; bovem R 2; bove cett. vel] et R 2.

VIII, 4, 14. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 16. 20). — l. 4. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 3. 5; deest R 2. E 1. V 1. 2. 4. 6. 16. 20. || l. 5. scientem R 2. an] ita R 1. 2. V 1. 2; aut cett. ignorantem R 2. misceat R 1. || l. 6. alicuius] ita R 1. 2. 3. E. V 1. 4; aliquibus V 2; alicui V 3; animalibus add. Mad. prospexerit] ita R 1. 3. V 3; prespexerit R 2. E 2. V 1; perspexerit cett. || l. 7. habierint R 1. || l. 8. sacramentum] ita R 1. E 2; saeramento R 2. E 1; sacramenta R 3. V. abcesserint] habierint V 2. || l. 10. ea adduxerit V 2. iudici non innotuerit R 3. monuerit] moverit V 1; intimaverit V 16. publice] ita R 1. 2. 3. E. V 1. 3. 4; publico cett. || l. 11. octabum] ita R 1. 3; octavum V 1; hoctavam E 2; hoctava R 2; octava V 2; VIII V 3. 16; octavam cett. die R 2; dies V 3. 16. in duplum] in deest Mad.

VIII, 4, 15. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 15. 16). — l. 12. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 8. 15; deest R 2. E 1. V 1—6. || l. 13. Si] Si quis R 1. animal quicumque pavidus R 2. 35 quod deest R 2. || l. 15. pecoribus E 1. vel] aut R 1. terretur E 1. || l. 16. caudam] idem V 4; eundem V 8. caballi] animal V 4. 8. cred. adligandum] ita R 1. E 2; alligaverit V 16; cred. allig. cett. hoc currendo] occurrendum E 2; hoc V 4. 8. ruptum V 4. 8. || l. 17. mortuum aliud V 4. 8. caballum] animal V 4. 8. non moretur] cogatur V 3; cogetur V 4. statuta non transe. V 1. || l. 18. caballus] animal V 4. 8. debilitatus R 1. hictos] ita R 1. 2; hictus E 2; ictus cett. 40 hictos — flag.] flagella capiat V 4. || l. 19. C verb. add.] C flagella suscipiat V 3; C flagella capiat V 4.

1) Hanc legem Euricianam imitatus esse videtur Gundobadus in lege, cuius forma, ut existimo, non originalis exstat L. Burg. 73. Conveniunt enim cum lege nostra et rubrica legis illius Burgundicae, quae repetita est in Lege Romana Burg. 29: De caballis, quibus ossa aut 45 scindola ad caudam ligata fuerint, et initium ipsius capituli 29 Legis Romanae: Si quis caballum ligando ei os aut scindola . . . ita turbaverit, ut pereat etc.

VIII, 4, 16. *Recc.]*

## XVI. ANTIQUA.

Si vitiosum animal, cum apud dominum est, cuiuscumque etatis occidisse hominem videatur.

Si<sup>1</sup> quis bovem aut taurum vel quemcumque quadrupedem noxiū habuerit aut vitiosum, eum, antequam aliquem noceat, non moretur occidere. Quod si de vitio quadrupedis ex vicinorum contestatione cognoverit et postea eum reservaverit aut paverit vel distulerit occidere, ac postea alicui mortem aut debilitatem sive vulnus intulerit, iuxta leges conponere non moretur, sicut est de homicidis, id est viris ac mulieribus, infantibus, servis vel ancillis compositio constituta; ita ut, si iugulaverit aliquem ipse quadrupes\* in\*\* annis XX, CCC solidos

<sup>\*) Ex forma Ervigiana add. Mad.: de ingenuis personis D solidi conponantur. Pro libertis autem medietas huius compositionis, id est CCL solidi pro eo, qui occisus est, in satisfactione dabuntur. Si autem servum alienius occiderit, duos eiusdem</sup>

*Erv.]*

## XVI.

Si vitiosum animal, cum apud dominum est, cuiuscumque etatis occidisse hominem videatur.

Si<sup>2</sup> quis bovem aut taurum vel quemcumque quadrupedem noxiū habuerit aut vitiosum, eum, antequam aliquem noceat, non moretur occidere. Quod si de vitio quadrupedis ex vicinorum contestatione cognoverit et postea eum reservaverit aut paverit vel distulerit occidere, ac postea 10 alicui mortem aut debilitatem sive vulnus intulerit, iuxta leges conponere non moretur; ita ut, si iugulaverit aliquem ipse quadrupes, de ingenuis personis quingenti solidi conponantur, pro libertis autem medietas 15 huius compositionis, id est CCL solidi, pro eo, qui occisus est, in satisfactione dabuntur. Si autem servum alicuius

20

VIII, 4, 16. *Codd. R 1. 2. (3). E 1 bis. V 1. 2. 3. 5. 6. (15. 16. 17. 18. 19. 20). Pith. Mad. — l. 1. ANTIQUA] ita R 1. Mad.; deest R 2. E 1. V 2. 6. 16. 20; FLS GLS RCDS REX V 5. Pith.; FLS GLS RECCA-REUS REX V 1. || l. 4. occidisse R 1; occisus R 2. || l. 6. quadrupem V 2. || l. 7. aut vitiosum eum] et R 3. eum deest R 1. aliquem] ita R 2. 3. E 1. V 1. 2. 3; alium R 1; alieni Pith. Mad. l. 9. de vitio] vitiosum V 3. quadrupedis] ita R 1; quadrupedis cett. vitinorum R 1. contestatione] testatione V 1. 5; atestatione V 2. || l. 11. aut paverit des. V 3. paverit] patuerit R 2. || l. 12. ac] hac R 1. debilitationem V 1. 2. Mad. || l. 13. sive] seu R 2. leges] hanc legem V 1. Pith. || l. 15. homicidis] homicidium R 2; homicidii R 3. V 2. Pith. l. 17. ut deest R 1. || l. 18. ipse deest R 2. quadrupes] ita R 1; quadrupes cett. in annis] ita R 1. E 1. V 1. 2. 6; in annis V 3; in annos R 3; si de annis R 2. XX] viginti V 2. 6; XXI V 3. CCC] CC E 1. solidos conponatur] ita R 1. 3; solidi conponantur cett.*

VIII, 4, 16. *Codd. E 1. 2. V 4. (8). — l. 1. XVI] 25 ANTIQUA add. E 2. || l. 2. apud E 2. || l. 6. quadrupedem E 2. || l. 8. de vitioso quadrupedis E 2. l. 11. debilitationem E 2. V 4. || l. 12. leges] istam legem V 4. 8. || l. 13. ipse quadrupes des. V 4. quadrupedes E 2. || l. 16. id est — occisus 30 est des. V 4. || l. 18. servum] servus E 1.*

35

1) *V. de hac lege Wilda, 'Strafrecht d. Germ.' p. 427; Dahn, 'Studien' p. 175; H. Brunner, 'Absichtlose Misserthat' p. 818. Cf. VIII, 4, 17.* 2) *Ervigius omnes compositionum secundum aetatem varietates sustulit; quae tamen sub successoribus regibus restitutae esse videntur.*

40

45

**Recc.]** conponatur\*\*\*, et ab hoc usque ad eum, qui annos L habuerit, unam compositionem iubemus stare. A quinquaginta annis usque ad illum, qui habet LX et V,  
 5 CC solidi conponantur. Qui vero super hoc habuerit, C solidi conponantur. Qui quindecim annos habuerit, CL solidi conponantur. Si in quattuordecim annos fuerit, CXL solidi conponantur. Si in  
 10 tridecim, CXXX solidos det. Si in duodecim, CXX solidos det. Si in undecim, CX solidos solvat. Si decem, C. Si vero novem aut octo vel septem, LXI solidi conponantur. Et si sex vel quinque aut  
 15 quattuor annorum fuerit, LXXX solidi conponantur. Si certe trium vel duorum

**Erv.]** occiderit, duos eiusdem meriti servos **VIII, 4, 16.** dominus eius, qui occisus est, in satisfactione recipiet.

meriti servos dominus eius, qui occisus est, in satisfactione recipiet. — *V 15 add.:* honestum D solidi conponantur, de ingenuis personis. — *V 16 add.:* de ingenuis.

\*\* (*ad p. 336, l. 18.*) *Pro* in annis XX *praebet* *Mad.:* Annos habens XX.

\*\*\*) *Ex forma Ervigiana addunt V 15. 16. 20:* Pro libertis medietas huius compositionis  
 25 solvatur.

VIII, 4, 16. *l. 1.* *hoc]* octo *R 2.* || *l. 2.* *L]* quinquaginta *R 2.* || *l. 3.* quinquaginta] *L E 1;* quinquagesimo *R 3;* autem *add.* *R 3. E 1. V 1. 2.* 3. 6. || *l. 4.* *LX et V]* *ita R 1;* sexaginta quinque *V 1;* centum et quindecim *R 3;* *LXXV V 16;* *LXV cett.* || *l. 5.* *CC]* *CCC V 1.* || *l. 6.* *C]* *CL V 2;* *XL cett.* solidi comp.] solidos det *V 3.* Qui quindecim] Quodsi q. *V 1;* Similiter qui q. *V 2;* Qui autem q. *V 6.* || *l. 8. in]* infra *hic et infra* *Mad.* annos] annis *E 1. V 1.* || *l. 9.* fuerit] habuerit *E 1.* *CXL]* *ita R 1;* *CLX R 2. V 2.* *Pith.* || *l. 10.* in tridecim] tredecim *E 1. V.* tredecimo — duo decimo — undecimo *V 6.* *CXXX* solidi dentur *V 1. 2.* duodicim *R 1.* || *l. 11.* *CXX 40* solidos det] *ita R 1. 3;* *CXX* solidi dentur *R 2;* *CXX* solidos solvat *E 1;* solidi conponantur *V 1.* *l. 12.* *CX* solidos solvat] *ita R 1. 3;* *CX* solidos det *E 1;* *CX* sol. dentur *V 2;* *CX R 2. V 1.* *Mad.* decem] in decem *V 1. 2.* *C]* *C* sol. dentur *V 2.* *l. 13.* octo] annorum fuerit *add.* *V 1. 2. 5.* *Pith.* *LXL]* *ita R 1. 3;* nonaginta *V 1;* *XC V 2. 6;* *LX R 2. V 3;* *LXXX E 1.* || *l. 14.* Et si sex vel] si sex vel *R 3. V 1. 2;* si vel *R 2.* || *l. 16.* vel duorum annorum] aut duorum *R 2. V 1.* || *l. 24.* liberatis] vero *add.* *V 20.*

VIII, 4, 16. *l. 1.* *meritis E 1.* || *l. 3.* *recipiat E 2.*

VIII, 4, 16. *Recc.] annorum fuerit, LXX solidos reddat.*  
 Nam si unius anni fuerit, LX solidi conponantur. Et si filiam alicuius aut uxorem iugulaverit, a quinto decimo anno usque ad quadragensimum CCL solidi conponantur, et a quadragensimo usque ad sexagesimo CC solidi conponantur. Quod si superior annorum numerus fuerit, C solidi conponantur. A quinto decimo vero anno aut inferius, sicut et de pueris est superius comprehensum, medietatem compositionis eius secundum etatem vel sexus ordinem reddere conpellatur<sup>†</sup>.

<sup>5</sup>  
<sup>10</sup>  
<sup>15</sup>  
<sup>20</sup>  
<sup>25</sup>

<sup>†) Ex forma Ervigiana addunt V 1. 2. 5. 6. 17.</sup>

18. 19: Pro libertis autem medietas huius compositionis, sicut superius est comprehensum, pro eo, qui occisus est, in satisfactione dabitur. Si autem servum alicuius occiderit, duos eiusdem meriti servos dominus eius, qui occisus est, in satisfactione recipiat. — V 15. 16. 20  
<sup>30</sup>  
<sup>35</sup>  
<sup>40</sup>

*addunt: Si vero servum alicuius occiderit, duos eiusdem meriti servos, domino eius, qui occisus est, in satisfactione restituat.*

VIII, 4, 17. *Recc. Erv.]*

XVII. ANTIQUA.

Si animal vitiosum quis a se abiciat vel non abiectum retineat.  
 Si<sup>1</sup> quis bobem aut alium animal nocivum vel vitiosum habuerit, eum occidere

VIII, 4, 16. l. 1. fuerit *deest* V 1. LXX solidos reddat] *ita R 1. 3. E 1. V 6. 16; LXX solidos det V 1. 15; LXX sol. dentur V 6; LX solidi conponantur R 2.* || l. 2. fuerit *deest* R 1. LX] *sexaginta V 1. || l. 4. quinto decimo] XV R 2. || l. 5. quadragensimum] ita R 1. 2; quadragesimum cett. || l. 6. et a quadr. — conponantur des. R 1. V 3. quadragensimo] ita R 2; quadragesimo R 3. V 1; XL cett. || l. 8. superioris annorum numeri V 1. || l. 9. A] et a R 1. quinto decimo] XV R 2. vero *deest* V 1. 2. || l. 10. et *deest* R 2. V 2. superius comprehensum] inferius comprehensum E 1; constitutum V 1. *Pith. Mad.*; superius constitutum V 6. || l. 12. etatem] aetatis V 17. *Pith.* || l. 17. qui] quod V 1. || l. 18. autem] vero V 5. || l. 20. qui] cui V 6.*

VIII, 4, 17. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (16. 20). — l. 25. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 5. 6; *deest* R 2. E 1. V 1. 2. 3. 4. 16. 20. || l. 26. *habiciat* R 1. || l. 27. *bobem*] ita R 1. 45 E 2; *bovem cett. alium*] ita R 1. E 2; *aliut cett. nocivum*] noxiūm V 6; *nocuum* V 16. *occidere — proicere a se proicere vel occidere non moretur* V 2.*

<sup>1)</sup> *Dubito de ratione, quae sit inter hanc legem et praecedentem. Haec fortasse antiquior est, illa Leovigildi novella.*

*Recc. Erv.]* non moretur vel a se proicere; ita ut vicinis omnibus notum faciat, quia **VIII, 4, 17.** eum a se proiecit. Quod si eum non occiderit, sed reservaverit, quidquid damni fecerit, ille conponat, qui eum apud se reservare cognoscitur.

*Recc. Erv.]*

## XVIII. ANTIQUA.

**VIII, 4, 18.**

5 Sue habendum culpe, si irritatum animal noceat irritantem.

Si<sup>1</sup> quis vitiosum bobem aut canem vel alium animal contra se in ira concitaverit, quidquid passus fuerit, culpe eius, qui hoc pertulerit, oportet adscribi.

*Recc. Erv.]*

## XVIII. ANTIQUA.

**VIII, 4, 19.**

10 Si iuste an iniuste concitatus canis quempiam debilitasse vel occidisse probetur.

Si<sup>2</sup> aliquem canis momorderit alieuius, et de morsum illius aliquis debilitatus probetur aut mortuus, domino canis nihil calumnie moveatur; si tamen eum canem, ut morderet, non irritasse cognoscitur. Quod si canem suum, ut furem aut quemcumque criminosum comprehenderet, irritavit, et ita momorderit fugientem, si de 15 morso ipso fuerit debilitatus aut mortuus, nihil ex eo causationis exsistat. Nam si eum ad innocentem forsitam iniuriandum incitavit, tamquam si ipse vulnus intulerit, iuxta legem conponere non moretur.

*Recc. Erv.]*

## XX. ANTIQUA.

**VIII, 4, 20.**

## De cane damnoso.

20 Si<sup>3</sup> cuiuslibet canis damnosus fuerit, ut devastet berbices aut alia pecora forte evertere ceperit, et deprehensus fuerit, ipse dominus canis, ubi ex hoc fuerit commonitus, eum illi tradat, cui damnum constat fuisse inlatum, ut eum occidat.

VIII, 4, 17. l. 1. a se des. V 2. proiecere R 2. omnibus] hominibus E 1. || l. 2. reservaverit] servaverit R 3. E 1. damni] postea add. Pith. || l. 3. fecerit] ita R 1. V 3; admirerit cett. ille con- 25 ponat] in duplum i. c. V 20; i. e. in duplum V 16. reservare] ita R 1. 2. 3. V 1. 3; reservasse cett.

VIII, 4, 18. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (16. 20). — l. 4. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 5; deest R 2. E 1. V 1. 2. 3. 4. 6. 16. 20. || l. 5. habende R 2. irritum R 2. E 1. l. 6. bobem] ita R 1. E 2; bovem cett. alium] ita R 1. E 2; aliut R 2; aliud cett. in ira] in ire R 1; in iram V 2; iratum V 1. 5; irritum E 2. || l. 7. pertulerit] ita R 1; tulerit R 3; pertulit cett. 30 oporteat R 2.

VIII, 4, 19. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (16. 20). — l. 8. ANTIQUA] ita R 1. E; deest R 2. V 1—6. 16. 20. || l. 9. an] ita R 1. 2. E 1; à E 2. V 1. 2. concitatur V 2; concitetur canis et quempiam R 2. || l. 10. occisisse probatur R 2. || l. 11. mordiderit E 2. morsum] ita R 1. E 2; morso R 2; morsu cett. || l. 12. dominus R 2. eum] ita R 1. 3. E. V 1. 2. 3; eneum 35 R 2; eundem cett. || l. 13. irritasse] ita R 1; irritasse cett. ut] aut R 2. queme.] quicumque R 2. l. 14. conpreenderit R 2. irritavit] ita R 1; irritaverit R 2; irritavit cett. || l. 15. morso] ita R 1. E 2; morsu cett. ipso] ita R 1. E 1; ipsius R 2. 3; illius cett. || l. 16. iniuriandum] ita R. E 1. V 3. 4. Pith. in margine. Mad.; irritandum e corr. E 2; irritatum V 1. 2. 5. 6. Pith. in textu. incitaverit V 16. Pith. vulnus] malum R 3. intulerit] infixerit V 3. || l. 17. iusta E 2. legem] ita R 1. E 1. V 3; lege R 2; 40 leges E 2. V 1. 2.

VIII, 4, 20. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 8. 15. 16). — l. 18. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 3; deest R 2. E 1. V 1. 2. 4. 5. 6. 8. 16. || l. 20. canes R 2. berbices] ita R 1. E 1. V 1; verbices R 2. 3; bervices E 2; vervecies V 2; vervices alii. aut] ita R 1. 2. 3; et E 1. Pith.; vel cett. l. 21. qvertere R 1. || l. 22. commonitus] admonitus V 16. damnum] primitus add. E 2. V 1. 2. 45 constat fuisse R 1. ut] deest R 2; aut V 15.

1) Cf. Pauli Sent. I, 15, 3. 2) Lex Euricana; cf. L. Burg. 18, 1: Si . . . morsus canis homini mortem intulerit, iubemus etiam inter Burgundiones antiquam exinde calumniam removeri. 3) V. supra c. 12 et p. 334, n. 3.

VIII, 4, 20. *Recc. Erv.]* Quod si eum occidere noluerit vel illi tradere, cui damnum primitus constat fuisse inlatum, quidquid postmodum canis damni admiserit, dominus canis duplam compositionem reddere non moretur.

VIII, 4, 21. *Recc. Erv.]*

### XXI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

#### De lesione vestis.

5

Si quis qualibet occasione vestem absciderit vel ruperit alienam adque sordibus maculaverit, et talis macula in veste patuerit, ut extra feditatem tolli minime possit, pro facti crimine obnoxius maneat, ita ut similem vestem integrum restituat. Quod si talem vestem non habuerit, huius vestis pretium, quantum integra illa, que rupta vel incisa adque maculata est, valere potuit, dare conpellatur. Vestem vero, que <sup>10</sup> rupta vel maculata est, ille accipiat, qui hanc compositionem exsolverit. Si vero servus hoc fecerit, et dominus pro eo conponere noluerit, servum pro qualitate criminis tradere non moretur.

VIII, 4, 22. *Recc. Erv.]*

### XXII. ANTIQUA.

Si fraudulenter quis ambulans in laqueos feris preparatos incidat. <sup>15</sup>

Si quis sudes in vinea posuerit sive in campo propter feras, et ibi aliquis, dum furtum facere temtat, inciderit, culpe eius oportet adscribi, qui vulnus exceperit, quod in rem alienam fraudulenter ingressus est.

VIII, 4, 23. *Recc. Erv.]*

### XXIII. ANTIQUA.

Ut, qui laqueos feris ponit, et loca discernat, in quibus ponat, et <sup>20</sup> vicinos admoneat.

Si<sup>1</sup> quis in terris suis foveas fecerit, ut feras in eisdem foveis comprehendant, aut laqueos vel arcos protenderit seu ballistas in locis secretis vel desertis, ubi via

VIII, 4, 20. l. 1. cui — inlatum des. V 2. primitus] ita R 1. E. V 1; deest R 2. V 3; primum cett. || l. 2. fuisse E 2. dominus canis des. R 2. dupla compositione E 1; in dupla compositione V 3. <sup>25</sup>

VIII, 4, 21. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 8. 15. 16). — l. 4. FL. — REX] ANTIQUA V 8; ANTIQUA FL. etc. E 2; des. V 3. 4. 6. 15. CHINDASVINDUS] ita R 2; CNDS R 1; CIN E 1; CINDUS E 2; CHDS V 1. 5; CHNS V 2; GLS RCDS Pith. || l. 6. occasionem R 1. sciderit R 3. || l. 8. facto R 3. crimine] aut commissione V 4; admissione V 8. crimen R 2. E 2. maneat] ita R 1. 2. E 1. V 3. 16; teneatur E 2. V 1. 2. || l. 9. habuerit] domino add. Mad.; al. m. <sup>30</sup> post add. E 2. vestim R 1. integrum illam E. rupta vel incisa] rupta est v. i. E; scissa vel rupta R 3. || l. 10. vel] aut R 1. incisa] scissa R 3. V 1. 2. Pith.; excissa V 3. Mad. aut valere E 2. dare] reddere E 2. V 1. 5; tradere V 2. que rupta vel] ruptam vel quae Pith. || l. 11. vel] aut R 1. accipiat] recipiat R 2. || l. 12. domino V 3. eo deest R 1. nolerit R 1. qualitatem R 1.

VIII, 4, 22. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 16). — l. 14. ANTIQUA] ita R 1. <sup>35</sup> E. V 6; deest R 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 16. || l. 15. in laqueos des. R 1. feris] furi R 1. || l. 16. vineam E 2. V 3. sive] vel V 2. || l. 17. temptata R 2; detemptat E 1. oportet] perdat R 2. excepit E 1. l. 18. fraudolenter R 2.

VIII, 4, 23. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 15. 16. 18. 20). — l. 19. ANTIQUA] ita R 1. E. V 2; deest R 2. V 1. 3. 4. 5. 6. || l. 20. feris ponet R 2. loco R 2. V 1. ponat] ponit V 1. 2. || l. 22. terris suis] ita R. E 1. V 3. 4. 15. 16. 20. Pith.; terris suis vineis E 2. V 1. Mad.; terris vel vineis V 2; terris vineis V 5; terris aut vineis suis V 18. fecerit] lacuna R 2. foveis] vel desertis add. Mad. comprehendat R 2. E 2. || l. 23. arcos] ita R 1. 2; deest R 3; arcus cett. pretenderit E 2. pallistas E 1. secretis] lacuna R 2.

1) *Lex, ut videtur, Eurici, in fine tamen a Leovigildo mutata; cf. Dig. IX, 2, 28. 29 pr. 45 et L. Burg. 72: Si quis pedicam fecerit . . . et in deserto posuerit etc.; praeterea L. Rib. 70, 2; L. Sax. 56. 58; L. Angl. et Werin. 61.*

**Recc. Erv.]** nulla est, que non consueverat frequentari, nec ubi pecorum possit esse **VIII, 4, 23.** accessus; si alicuius animal per hanc occasionem, que ad feras adparatur, extinguitur aut occidatur, pecus, quod periit, incautus venator exolvat; quia quadrupes sibi ea cabere non potuit. Homines vero proximos vel vicinos venator ante commoneat; et **5** si post monitionem quisquam hec incautus inruerit, nihil ex hoc calumnia venatori oportet opponi, quia se ille periculo, qui commonitionem audire neclexit, obiecit. Si quis vero de locis longinquioribus veniens, qui non fuerat ante commonitus, ignorans inciderit et fuerit debilitatus aut mortuus, is, qui feris insidias vel laqueos preparavit, **10** tertiam partem compositionis exolvat, que fuerat hactenus debilitatis hominibus vel occisis in legibus comprehensa, quia in itinere hominum hoc periculum nescientibus apparare non debuit.

**Recc. Erv.]**

## XXIII. ANTIQUA.

**VIII, 4, 24.**

## De damnis iter publicum concludentium.

Si<sup>1</sup> iter publicum clausum sit, rumpenti sepem aut vallum nulla calumnia moveatur. Ille vero, qui viam clauerat, que consueverat frequentari, si servus est, a iudice perducatur ad sepem et C flagella suscipiat et per distinctionem iudicis priorem viam aperire cogatur, etiam si messes ibidem esse videantur. Si vero id fuerit a potentiore commissum, exigantur ei solidi XX. Relique autem persone talia committentes decenos solidos exolvere conpellantur; ita ut hominis huius rei compositio **20** fisci viribus inferatur.

**VIII, 4, 23.** *l. 1. non deest V 1. Pith. pecorum] peendum E 1. V. || l. 2. animal] possit esse laesum add. V 3. occasione E 2. paratur E 2. R 3. || l. 3. pecus eo de periit R 2. venator] viator R 2; qui venator V 1. quadrupedes R 2. sibi] ubi R 2. ea] eam R 1. || l. 4. cabere] ita R 1. 2. E 2; evitare V 15; cavere cett. Homines] Omnes V 1. venator] qui venatur V 1. ante] ita R 1. 3. **25** Pith.; antea cett. || l. 5. monitionem] ita R 1. 3. E 1. V 1. 4; admonitionem R 2; ammonitionem V 2; commonitionem cett. quisquam] ita R 1. 2. 3. E 1. V 1; quisque E 2. alii. hec] ita R 1; hic R 3; in hec cett. incautus] cantus R 2. E 2. V 2. inruerit] inciderit V 16. nihil — opponi] venator nulla calumnia pertimescat V 3. || l. 6. ille] illi R 2; ipse V 1. periculi R 2. commonitione R 1. neglexerit E 2. V 1. || l. 7. longinus V 15. 16. antea E 1. V 2. || l. 8. is] his R 1; deest R 2; hic Pith. in **30** sidias] insidiatur V 1. || l. 9. que] qui R 2; etque E 2; atque E 1. debilitatis — occisis] de debilitatis vel occisis hominibus V 2. debilitatus R 2. 3. E 1. hominibus] omnibus R 2. vel — hominibus des. R 1. || l. 10. occisi R 2. comprehensa R 2. hominum] ita R 3. E. V 1. 2; omnium R 2. V 4; hominibus Pith. Mad. || l. 11. apparere E. V 1; opponere V 4. debuit] desit R 2.*

**VIII, 4, 24.** *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 16. 20). — l. 12. ANTIQUA] ita R 1. E. V 5; deest R 2. V 1. 2. 3. 4. 6. 16. 20. || l. 13. concludentium] claudentium R 1; concludendum E 1. || l. 14. rumpenti] rupentibus R 1; rumpentis E 1. V 3; rumpendi R 2. || l. 16. a iudice p. ad] ad iudicem p. et E 2. C ibi ligatus fl. susc. V 2. distr.] diffinitionem V 4. || l. 17. messes] ita R 1. E 1; corr. messis R 3; messe R 2; messis cett. esse deest R 2. videantur] ita R 1. E 1; videatur cett. id fuerit] adfuerit E 1. || l. 18. potentiore] petitore R 1. ei] ab eo V 16. XX] LX V 3. **40** l. 19. decenos] ita R 2. E; X R 1. hominis] ita R 1; hominis R 2; omnis cett. || l. 20. viribus] iuribus V 2. 6. Pith. (in marg.).*

1) *Hanc legem, licet 'antiquam', tamen prorsus aliter verbis conceptam fuisse in Codice Eurici patet ex Lege Baiuv. cum Lege Burg. collata, quae utraque in illa Codicis Eurici lege nisi videtur. Cf. L. Burg. 27, 3: . . . quicumque viam publicam aut vicinalem clauerit, XII sol. se multae nomine noverit inlaturum, ita ut sepius illa impune a transitoribus deponatur, et messis, quantum viae spatium continere putatur, conteratur; ib. 27, 5: Si servus hoc fecerit, C fustium ictus accipiat. . . .; L. Baiuv. 10, 19: Si quis via publica . . . clauerit . . ., cum XII sol. conponat et illam sepem tollat; ib. 20: De via convicinale . . ., qui eam . . . clauerit cum VI sol. conponat et aperiat.*

VIII, 4, 25. *Recc. Erv.]*

## XXV. ANTIQUA.

## De servando spatio iuxta vias publicas.

Viam, per quam ad civitatem sive ad provincias nostras ire consuevimus<sup>1</sup>, nullus precepti nostri temerator exsistat, ut eam excludat\*; sed utroque medietas aripennis libera servetur<sup>2</sup>, ut iter agentibus adplicandi spatium non vetetur. Si quis autem huius legis precepta transeenderit, si maioris loci persona est, det solidos XV; inferiores vero persone hoctonus solidos solvant fisco profuturos. Qui certe iuxta huiusmodi viam messem aut vineam vel pratam sive conelusum habere cognoscitur, sepem utrumque concludat. Quod si propter paupertatis angustias campum sepibus non possit ambire, fossatum pretendere non moretur.

\*) *V 2 add.: vel constringat; Pith. add.: vel adstringat.*

VIII, 4, 26. *Recc. Erv.]*

## XXVI. ANTIQUA.

## Si de campis vacantibus iter agentium animalia expellantur.

Si<sup>3</sup> aliquis de apertorum et vacantium camporum pascuis, licet eos quisque fossis precinxerit, caballos aut boves vel cetera animalia generis cuiuscumque iter agentium ad domum suam inclusurus adduxerit, per dua capita tremissem cogatur exolvere; si vero, ut non pascantur, expulerit, per quattuor capita tremissem accipiat qui exceptit iniuriam. Quod si hec et que superius dicta sunt servus domino nesciente commiserit, a comite civitatis vel iudice C flagellorum hictibus verberetur, et dominus servi nullam calumniam aut detrimentum sustineat.

VIII, 4, 25. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 16. 20). — l. 1. ANTIQUA] ita R 1. E. V 2. 5; deest R 2. V 1. 3. 4. 6. 16. 20. || l. 2. reservando R 2. E 1. V 2. || l. 3. Vias per quas V 2. per deest R 2. civitates V 3. sive] aut E 2. V 1. || l. 4. utroque] ita R 1; utrumque E 2. V 1; utraque V 5; utrinque Pith.; ut utrumque R 3; in utrisque lateribus V 4. 8; in utraque parte V 2; in utrumque cett. || l. 5. aripennis] aripennis R 2; aripennis E 2; a rapinis R 3; aripis V 1. reser- 25 vetur R 2. 3. E 1. V 1. 2. 5. iter agentibus] iterantibus E 2. V 1. 2. 6. Pith. ispatium R 1. quis] qui E 1. || l. 6. huius] huiusmodi Pith. precepta] predicta precepta R 1; percepta R 2. maioris loci persona] ita R 1. V 3; maior persona cett. XV] quindecim E 2; decem R 3. || l. 7. hoctonus] ita R 1; octonus R 2. 3. V 1. 2; hoctonus E 2; setenos V 3; octenos cett. solvant] reddant V 2. || l. 8. huius- modi] huius V 3. messes R 1. aut vineam des. R 2. || l. 9. sepem] ita R 1. E 1; sepe cett. utruque R 1. 30 propter deest R 2. angustias] ita R 1. E 1. V 3; angustiam cett. campus R 2. || l. 10. pretendere V 1.*

VIII, 4, 26. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 16. 20). — l. 12. ANTIQUA] ita R 1. E. V 5. 6; deest R 2. V 1. 2. 3. 4. 16. 20. || l. 14. aliquis] ita R. E 1. V 1; aliquid V 2; quis cett. l. 15. et caballos E 1. vel] ita R. E; aut cett. || l. 16. per d. c.] pro duobus capitibus V 16. dual] ita R 1. E 2; duo cett. tremisse R 1. || l. 17. tremisse R 1. || l. 18. Quod si hec et que] Que si et que V 3. si] et si R 1. hec et] ea V 1; hec V 2. que] quod R 1. servus — commiserit] ut servi comiserint sine voluntate domini sui V 3. servus] sibi R 2. || l. 19. a iudice R 2. E 1. flag. hict. verb.] flagella suscipiat V 3; flagella accipiat V 4. hictibus] ita R. E 2; ictibus cett. || l. 20. servi] eius V 3. nullam calumniam] nullum damnum E 2. V 1. 2. 5; n. c., ut videtur, erasa, n. d. al. m. post add. V 6. aut] adque R 2.*

1) *Id est via publica vel regia.* Cf. L. Baiuv. 10, 19: via publica, ubi [rex vel] dux egreditur. 2) *Ut in utroque viae publicae latere medietas aripennis, id est spatium 60 pedum, vacua remaneat, lex praecipit.* Hoc loco vox ‘ariennis’ significat non, ut plerumque, (cf. infra X, 1, 14) modum agri quadrati in unoquoque latere 120 pedes habentis, sed mensuram, quae per longitudinem agitur, habentem 120 pedes. Cf. Polemii Silvii laterculum, ed. Mommsen, 45 Chron. min. I, p. 550 sq.: palmi quattuor = pes I. pertica = palmi XLVIII. perticae X = arip[ennis] I. stadium = arip. V. Efficiunt ergo aripennem pedes 120 vel perticae 10. Eodem modo Gregorius Turonensis hac voce usus est Hist. Franc. I, 6, SS. rer. Merov. I, p. 37: Unus stadius habet agripennes quinque. 3) *Ex hac lege et sequenti auctor edicti Rothari regis caput 358. formasse videtur.*

Recc. Erv.]

## XXVII. ANTIQUA.

VIII, 4, 27.

Ne iter agentibus pascua non conclusa vetentur.

Iter<sup>1</sup> agentibus in pascuis, que conclusa non sunt, deponere sarcina et iumenta vel boves pascere non vetentur; ita ut non uno loco plus quam biduo, nisi hoc ab eo, cuius pascua sunt, obtinuerint, commorentur, nec arbores maiores vel glandiferas, nisi prestiterit silve dominus, a radice succedant; ramos autem ad pascendos bobes non proibeantur competenter incidere.

Recc. Erv.]

## XXVIII. ANTIQUA.

VIII, 4, 28.

Ut, qui in transitu fluminis culturam facit, laborem sepe circumdet.

Qui<sup>2</sup> in eo loco, ubi transitus fluminis est\*, culturam fecerit vel preruptum ripe, aut ubi pecora transeunt, potuerit excludere et fecerit fortasse culturas, sepem etiam facere non moretur. Quod si non fecerit, et aliquid damni fuerit per hanc negligentie sue inutilitatem perpessus, nihil compositionis ab aliquo accipiat, quia negligentiam illius ad alterius damnum redundare non convenit.

15

\*) V 2 add.: vel esse potest.

Recc. Erv.]

## XXVIII. ANTIQUA.

VIII, 4, 29.

## De discretione concludendorum fluminum.

Flumina<sup>3</sup> maiora, id est, per que isoces aut alii pisces maritimi subricuntur vel forsitan retia aut quecumque commercia veniunt navium, nullus ad integrum contra multorum commune commodum sue tantummodo utilitati consulturus excludat; sed usque ad medium alveum, ubi maximus fluminis ipsius concursus est, sepem ducere non vetetur, ut alia medietas diversorum usibus libera relinquatur. Si quis contra hoc fecerit, exclusa ipsius a comite civitatis vel a iudice sine aliqua excusatione rumpatur, et si honestioris loci persona est, X solidos det illis, quibus impedire conatus est; si vero inferior persona fuerit, V solidos det et L flagella suscipiat. Quod si ab

VIII, 4, 27. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 16. 20). — l. 1. ANTIQUA] ita R 1. E. V 2. 5. 6; deest R 2. V 1. 3. 4. 16. 20. || l. 2. non deest V 1. 4. conclusa] clusa V 2; clausa V 16. l. 3. non deest V 4. sarcina] ita R. E 2; s reinam cett. || l. 4. vetentur] ita R. E 2. V 2; vetetur cett.; aut alia medietur (sic!) add. V 3. in uno V 1. || l. 5. obtinuerunt V 1. nec] ne R 2. || l. 6. ad radicem V 2. succedant] ita R 1. 2; succidant cett. bobes] ita R 1. E 2; boves cett. || l. 7. proibeantur] ita R. E 2; prohibeantur cett. incidere] incident R 1; incideri R 2.

VIII, 4, 28. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 15). — l. 8. ANTIQUA] ita E. V 15; deest R. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. || l. 9. transitu] transitus V 2. sepe] sepem R 1; sepibus R 2. circundet R 1. || l. 12. negligentia R 1; negligentiam V 1. 2. 5. 15; negligentie cett. || l. 13. sue] sua V 1; suam V 2. 5; sive V 15. inutilitatem] inhutilitatem R 1; inutilitate R 2. E 2. V 1. 2; inutilitati V 5. perpessus] perpessus E. aliquo] hec R 1; alico R 2. negligentiam] ita R 1; negligentiam R 2; negligentiam cett. || l. 14. ad deest R 2. redundari R 2. E. V 1.

VIII, 4, 29. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 15. 16. 20). — l. 16. ANTIQUA] ita R 1. E. V 6; deest R 2. V 2. 3. 4. 16. 20; FLS GLS CHDS REX V 1. 5. || l. 17. fluminum deest R 1. l. 18. per que] per quos R 2; per quem E; des. V 3. isoces] hisoces E 2; isices V 3; ysoces V 1. 2; esoces E 1; h̄soces V 6; mesoces Pith. subricuntur] ita R 1. E 1; subriguntur cett. || l. 19. recia R 1. V 1; retiam R 2. || l. 20. communem R 1. tantummodo] ita R. E 2; tantummodo cett. hutilitati R 1. || l. 21. concursus] conclusus R 1; conclusus E 2. || l. 22. vetetur] moretur E 2. || l. 23. a iudice] a deest E 1. Pith. || l. 24. X] decem R 2. E 2. quibus] ita R. E 2. V 1. 2; qui E 1; quos cett. l. 25. inferior] inferioris loci R 2. fuerit] ita R. E. V 2. 5; est cett. V] quinque R 2. E 1. V 2.

1) Cf. c. 25. 26; p. 342, n. 3. 2) Cf. Dahn, 'Studien' p. 96. 3) V. Dahn ibidem et 'Z. f. Handelsrecht' XVI, p. 393.

VIII, 4, 29. *Recc. Erv.]* utraque parte huius fluminis duo manserint, non liceat ad integrum flumen excludere, ut dicat unusquisque eorum, quod medietatem sue partis excluderit; sed alter superius, alter inferius clusuram facere ex medietatem fluminis non proibeatur. Si vero locus non fuerit nisi tantummodo in uno transitu, sic excludatur, ut et naves et retia per medium discurrere possint. Quod si comes civitatis aut aliquis cuiuscumque 5 clusura contra hanc ordinationem nostram revertere presumat, X solidos domino clusure dare debeat. Certe si minor persona hoc fecerit, V solidos clusure domino cogatur exolvere et L flagella a iudice eius loci accipiat. Si servus hoc fecerit, C verberibus subiacebit.

VIII, 4, 30. *Recc. Erv.]*

### XXX. ANTIQUA.

10

#### De confringentibus mulina et conclusiones aquarum.

Si quis mulina violenter effregerit, quod fregit infra XX dies reparare cogatur et insuper XX solidos conpellatur exolvere. Quod si intra statutum tempus non reparaverit, alios XX solidos inplete cogatur et C insuper flagella suscipiat. Eadem et de istagnis, que sunt circa mulina, et conclusiones aquarum precipimus custodiri. 15 Quod si servus talia presumserit, et dirupta reparet et C verbera portet.

VIII, 4, 31. *Recc. Erv.]*

### XXXI. FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX.

#### De furantibus aquas ex decursibus alienis.

Multarum terrarum situs, que indiget pluviis, foveri aquis studetur inriguis, cuius terra ita experimentum tenetur, ut, si defecerit aquarum solitus usus, disperetur 20 confisus ex fruge proventus. Proinde, ubi maiores aque sunt, si quis furtive aut malitiose aquam decursibus subtraxerit alienis, per quattuor orarum spatum det

VIII, 4, 29. *l. 1. huius] usus V 2. duo domini manserint V 16. ad integrum] ad deest Pith. l. 2. ut] aut R 2; eo quod V 3. eorum quod medietatem sue] eorum quod medietatis sue eorum quod medietatem sue (sic!) R 1. sed] si V 1. || l. 3. clusuram] ita R 1. E 1. V 1; clausuram cett. ex 25 medietatem] ita R; ex medietate cett. proibeatur] ita R; proibetur E 2; moretur V 3; prohibetur cett. l. 4. locus] locis R 1; loci-is E 2. tantummodo R 2. E 1. V. et naves] ita R 1. Pith.; et deest cett. l. 5. recia R 1. V 1. per medium — possint] in unum discurrere possit per medium V 3. comis E 1. cuiuscumque deest R 1. || l. 6. clusuram] ita E 1. V 1. 8. 15; clusura R 1; clausuram cett. prae- 30 sumpsert E 1. X] decem R 2. E 2. clusure] ita R. E 1. V 1. 8. 15; clausure cett.; et ita infra. l. 7. dare debeat] reddat R 2; debet V 2; reddere debeat V 3. V] quinque R 2. E 1. cog. exolvere] reddat V 3. || l. 8. a iudice eius loci] in loco illo V 3. eius] uius E 2. hoc] hec R 2. verb. sub.] flagella suscipiat V 3.*

VIII, 4, 30. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4). 5. 6. (15. 16. 20). — l. 10. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 2; deest R 2. E 1. V 3. 4. 6. 16. 20; FLS GLS RCDS REX V 5; FLS GLS RECareus 35 REX V 1. || l. 11. mulina] ita R 1; molina cett. || l. 12. mulina] ita R 2; molina cett.; aliena add. V 3. effregerit] ita R 1. 2. 3. E 1; fregit cett. XX dies] XXX dies R 2. E 1. V 6. 15. 16. || l. 13. XX sol.] XXX sol. R 2. V 3. 6. conpellatur] cogatur V 3. Pith. intra] ita R. V 5; infra cett. istatutum R 1. || l. 14. XX] viginti R 2; XXX V 3. flagella insuper R 1. || l. 15. istagnis] ita R 1. 2; stagnis cett. circa] iuxta V 15. mulina] R; molina E. V. et deest R 2. E 1. V 2. conclusiones] ita R 1. 2. 3. 40 E 2. V 1; conclusionesque V 2; conclusionibus cett. precepimus Pith. || l. 16. et dir. rep. et des. E 1. dirupta E 2; diructa R 2. C] centum R 2. verbera portet] verbera accipiat V 15; verberibus subiacebit E 1. Pith.; flagella suscipiat V 3. 16.*

VIII, 4, 31. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 16). — l. 17. FL. — REX] ANTIQUA. FL. etc. E 2; FL. etc. ANTIQUA V 8; des. V 3. GLOR. deest R 1. E 2. V 2. 6. 8. RECC.] 45 RECCESVINTHUS R 2; RECDS R 1; RCDS V 2. 5; RECareus V 1; CHS V 6. 8. || l. 18. ex] et E. discursibus E 2. V 1. 2. 6. alienis] aquarum V 2. || l. 19. situs] sicut E 1. que] ita R 2. E 2; qua R 1; aqua E 1; si aquis Pith.; qui R 3. V. aquis] aquas E 2. || l. 20. terre] terra R 1. 3. E 2; rei Pith. ita] in R 3; iam E 1. Pith.; idem V 3. usus] huius R 1. 3. disperget] ita R 1. 2. 3. E; dissipetur V 1. 2. || l. 21. confixus R 2; confusus V 1. 2. de maiores R 2. quis] qui E 1. Pith. 50 l. 22. aquam] aquarum R 2. decursibus] ita R 1. 2. 3. E 2. V 1. 3; de discursibus V 4; ex decursibus cett. alienis] alicuius V 1. orarum] ita R 1. 2. E 2; horarum cett.; et similiter infra.*

**Recc. Erv.]** solidum unum. Ubi autem minorum sunt dirivationes aquarum, per quattuor **VIII, 4, 31.** oras exolvat tremissem unum. Aqua vero quantis oris alibi dilapsa convincitur, tantis ad inrigandum competenti tempore domino reformetur. Servus si sua sponte ista presumens, pro maioribus aquis C flagella suscipiat, pro minoribus vero L verberum 5 cessioni subcumbat.

**Recc. Erv.] V. TITULUS: DE PASCENDIS PORCIS ET ANIMALIBUS  
DENUNTIANDIS ERRANTIBUS.**

- I. De porcis in glande presumtive an placite missis.
- II. De porcis inter consortes ad glandem in communi fructu susceptis.
- III. Si porci ad pastum in glande suscepti ante datas decimas furto leventur.
- IV. De porcis errantibus in silva perventis.
- V. Si quorumcumque animalium grex in pascuis intraverint alienis.
- VI. Ut pro inventis animalibus erroneis publice denuntietur.
- VII. Ut errantia animalia occupata qui invenerit diligenter habeat et conservet.
- VIII. Ne animalia errantia occupata aut tondeantur aut caractere notentur vel in alieno iure ducantur.

**Recc. Erv.]****I. ANTIQUA.****VIII, 5, 1.****De porcis in glande presumtive an placite missis.**

Qui<sup>1</sup> porcos in silva sua tempore glandis invenerit, primum custodi aliquid 20 velut pigneris tollat indicium<sup>2</sup> et domino pastoris vel parentibus mandet, ut, si con- 25 venerit, usque ad tempus decimorum porcos in silva sua permittat, et pignus, quod pastori tulerat, reformare procuret. Quod si noluerit porcos illius in silva sua in- 30 trahittere decimandos, et ille eos alia vice in silva sua invenerit, etiam si porci

VIII, 4, 31. l. 1. minorum] ita R 1. 3. E. V 1. Pith. (*in textu*); maiorum R 2; minorum *al. m.* 25 *corr.* minores V 6; minores Pith. (*in marg.*). *cett.* derivationes E 1. V. || l. 2. alivi R 1; aliquo V 1. delapsa R 2; dilapsam E 2. || l. 3. rigandum V 1. 2. Servus si] Si servus autem R 2; Si servus V 3; Servus V 1. 4. 5; Servus vero V 2. sua sponte ista presumens] sine domini iussione oc fecerit V 3. isponde R 1. ista] sta R 2. || l. 4. presumens] ita R 1. 2. 3. E. V 1. 2. 4. 5; facere *add.* V 4; pre- 35 sumpserit Pith. Mad. L] quinquaginta E 1; *reliqua des.* V 4. verb. ces. sube.] *al. man. in loco raso* 30 V 6; verbera portet V 3; verberationes sustineat V 16. || l. 5. cessioni] ita R 1. E 2. V 1. 2; cessioni V 5; cessiones E 1; cessionis R 2; cessionibus V 6; cessionibus *cett.* subeumbat] ita R 1; succumbat *cett.*

TIT. V. Lemma. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 6.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. E 1. 2. — l. 8. an] hac R 1; ante E 2. placite] ita R; placito E. || l. 9. commune E 2. fructu susc. des. R 2. || l. 10. in] de R 1. dec. f. lev. des. R 2. 35 furto E 1. || l. 11. silva] sil R 1. || l. 12. intr. al. des. R 2. intraverint R 1. || l. 13. inventis] iumentis R 1; bentis E 2. publ. den. des. R 2. || l. 14. invenit R 2. E 2. diligenter — conservet des. R 2. || l. 15. tondeantur] ita R 2; detundantur R 1; tandantur E 1; tondeatur E 2. aut — ducantur des. R 2. || l. 16. in deest R 1.

VIII, 5, 1. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 15. 16). — l. 17. ANTIQUA] ita 40 R 1. V 2. 8. 15; deest R 2. E. V 3. 4. 6; FLS GLS RCDS REX V 5; FLS GLS RECARCUS REX V 1. || l. 18. glande] ita R. E 2. V 5; glandem *cett.* an] ita R 2. E 1; hac R 1; ante E 2. V 1. 2. 4. 5. 8; aut V 3. Mad. placite] ita R; placitum V 1. 2. 4. 5. 8; placito *cett.* || l. 19. poreus R 2. custodi] custodie E 1. Pith. || l. 20. pignoris E 2. et] ut R 1. || l. 21. sua deest R 2. V 1. permittat] pascerre p. V 16; permittant R 2. || l. 22. tulerat] tollerat R 1; tulit V 3; tulerit Pith. porcos 45 pro porcos R 2. illius] illos V 1. in silva sua] ita R. E. Pith.; in silvam suam *cett.* || l. 23. decun- mandos Pith. porci] porti R 1.

1) Lex, ut videtur, Eurici, a Leovigildo renovata. Cf. Ed. Roth. c. 349; L. Burg. 23, 4. 5. 2) Cf. H. Brunner, 'D. Rechtsg.' II, p. 535; Wilda, 'Pfändungsrecht' in 'Z. f. D. Recht' I, p. 246.

VIII, 5, 1. *Recc. Erv.*] pauci fuerint, unum exinde qui silvam suam devendit occidat. Si autem plures porci fuerint, duos tollat et presumat occidere et nullam calumniam pertimescat; et nihilominus tertia<sup>1</sup> vice eum, cuius porcos invenit, admoneat, ut porcos suos in silvam eius, si voluerit<sup>2</sup>, introducat et decimum iuxta consuetudinem solvat. Quod si nec tunc voluerit de dandis decimis definire, et ille eos tertia vice in silva sua qui interdixit invenerit, decimum ex omnibus pro suo iure presumat. Si vero aliquis sub pactione decimatarum porcos in silva intromittit aliena, et usque ad brumas porci in silva alterius paverint, decimas sine ulla contradictione persolvat. Nam si post brume tempus porcos suos in silva, quam conduxerat, noluerit retinere<sup>3</sup>, vicensimum caput, sicut est consuetudo, domino silve cogatur exolvere. 10

VIII, 5, 2. *Recc. Erv.*]

## II. ANTIQUA.

De porcis inter consortes ad glandem in communi fructu susceptis.

Si inter consortes de glandibus fuerit orta contentio pro eo, quod unus ab alio plures porcos habeat, tunc qui minus habuerit, liceat ei secundum<sup>4</sup> quod terram dividit porcos ad glandem in porcione sua suscipere, dummodo equalis numerus ab utraque parte ponatur; et postmodum decimas dividant, sicut et terras divisorunt. 15

VIII, 5, 3. *Recc. Erv.*]

## III. ANTIQUA.

Si porci ad pastum in glande suscepti ante datas decimas furto leventur.

Si quis ad glandem sub placito decimatarum porcos in silva intromittat aliena et eos occulte, priusquam decimentur, amoverit, pro fure teneatur et decimam adiecta furti compositione restituant. Si vero hoc servus domino nesciente commiserit, servus

VIII, 5, 1. *l. 1. devendit*] ita R 1. 2; defendit cett. Si] Sin V 2. || *l. 2. pres. occ.*] occidat V 5. || *l. 3. nihilominus*] ita R 1. E 2. V 1; nihil dñs (= dominus) R 2; nihilominus E 1. tertia — admoneat] eum cuius porci si tertio admoneat V 4. porcus R 2. invenierit V 2. 3. 5. 15. 16. 25 *l. 4. silvam eius*] ita R 1. 2. V 5; silvas eius R 3; silva eius E 2. V 1. 2; silva sua E 1; silvam suam cett. voluerit] noluerit E 1. decimam E 1. Pith. || *l. 5. dandis*] damnis R 1. et ille — vice des. V 4. tertiam vicem R 2. || *l. 6. interdixit*] introduxit E 1. V 15. Pith.; interdixerit V 5. decimam E 1. V 4. 15. 16. Pith. || *l. 7. silva*] ita R 1. 2. 3. E 2; silva sua E 1; silvam suam V 15. Pith.; silvam cett. intromittat V 1. aliena] ita R 1. 2. E 2; alienos V 15; alienam cett. ad] a R 2. 30 *l. 8. decimas*] decimum R 2. ullam contradictionem R 2; ulla contractione R 1; omni contradictione V 4. || *l. 9. in silvam*] R 2. E. conduxit E 1. vicensimum] ita R 1. 2; vicesimum cett.

VIII, 5, 2. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 15).* — *l. 11. ANTIQUA*] ita R 1. E 1. V 8. 15; deest R 2. E 2. V 2. 3. 4. 6; FLS GLS RCDS REX V 5; FLS GLS RECARCUS REX V 1. || *l. 12. communi fructu*] R 1; commune fructus E 2. || *l. 13. exorta* V 4. ab alio] des. R 1; 35 alio alio R 2. || *l. 14. porcus abeat* R 2; abeat porcos E 2. dividet E 1. Pith. || *l. 15. portionem suam*] R 2. ab utraque] ex utraque V 4.

VIII, 5, 3. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 16. 20).* — *l. 17. ANTIQUA*] ita R 1. E 2; deest R 2. E 1. V 1—6. 16. 20. || *l. 18. pasto*] R 1. pastum in des. Mad. glande] glandem V 1. Mad.; sub placito al. m. post add. E 2; sub placito add. Mad. furto] furtu E. V 1; porci R 2; 40 furtim V 2. || *l. 20. ad glandem*] ad glande R 2. E 2; in glande R 3. sub placitum V 1; suplacito V 2. silva] ita R 1. 2. E; silvam cett. intromittit R 2. E; intromiserit V 2. aliena] ita R 1. 2. E; alienam cett. || *l. 21. adiecta*] adiecta E 1; obiecta V 3; electa E 2; adiectam V 2. || *l. 22. compositionem*] E 2. V 2. servus] ita R. E; deest cett.

1) Auctor ex errore, ut videtur, hoc loco tertia vice pro altera vice scriptis. 2) Sc. dominus 45 silvae. 3) Auctor fortasse voluit dicere: 'si ante brumae tempus porcos suos ex silva, quam conduxerat, recipere voluerit'. 4) Verba secundum — dividit, cum minime cum sequentibus dummodo equalis etc. convenient, post male suppleta esse crediderim. Aliter Dahn, 'Könige' VI<sup>2</sup>, p. 59.

**Recc. Erv.]** C hictus accipiat flagellorum, et dominus nullum damnum aut detrimentum **VIII, 5, 3.** sustineat, sed reddat decimas, quas debet. Si<sup>\*</sup> autem hoc domino iubente commissum est, ipse, qui iussit, furti compositionem cogatur exolvere.

<sup>\*)</sup> *V 3 pro Si — exolvere praebet: Si servus per iussionem domini sui oe fecerit, profure teneatur dominus eius.*

**Recc. Erv.]**

### III. ANTIQUA.

**VIII, 5, 4.**

#### De porcis errantibus in silva perventis.

Qui<sup>1</sup> porcos errantes in silva sua invenerit, aut contestare vicinis debet aut claudere. Et si dominus porcorum non adfuerit, unum porcum prima vice presumat et iudici, qui fuerit in proximo constitutus, nuntiet apud se porcos, qui vacabantur, inclusos. Deinde, si dominus porcorum vel pecorum non inveniatur, custodiat tamquam suos et pro glandibus decimam consequatur, et cum dominus adfuerit, mercedem custodie, facta presentibus indicibus ratione, de temporis spatio percipiat.

**Recc. Erv.]**

### V. ANTIQUA.

**VIII, 5, 5.**

<sup>15</sup> Si quorumeumque animalium grex in pascuis intraverit alienis.

Si in pascua grex alienus intraverit, seu ovium sive vaccarum, hoc, quod de porcis constitutum est, precipimus custodiri<sup>2</sup>. Consortes vero vel ospites<sup>3</sup> nulli calumnie subiaceant, quia illis usum erbarum, que concluse non fuerant, constat esse communem. Qui vero sortem suam totam forte concluserit et aliena pascua absente domino invadit, sine pascuario non presumat, nisi forsitan dominus pascue voluerit.

**Recc. Erv.]**

### VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX.

**VIII, 5, 6.**

#### Ut pro inventis animalibus erroneis publice denuntietur.

Caballos vel animalia errantia liceat occupare, ita ut qui invenerit denuntiet

**VIII, 5, 3.** *l. 1. hictus] ita R 1. 2. E 2; ictus R 3. E 1. V. || l. 2. commissum est] commiserit E 2. V 1. 2. 8; fecerit V 4; dato decimo add. V 8. || l. 3. compositione R 1.*

**VIII, 5, 4.** *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 16. 20). — l. 6. ANTIQUA] ita R 1. E 2; deest R 2. E 1. V 1—6. 16. 20. || l. 7. perventis] ita R 2. E. V 1; preventi R 1; preventis cett. l. 8. sua deest E 1. contestare] ita R 1. V 2; testari V 16; contestari cett. vicinos V 1. || l. 9. claudere] concludere R 2; includere V 1. 2. 4. || l. 10. constitutus] constitutus R 1; deest E 1. Pith. vacabantur] 30 ita R; vagabuntur cett. || l. 11. vel pecorum des. V 2. 4. invenitur R 2. || l. 12. glandis V 2. consequatur] conservetur R 2.*

**VIII, 5, 5.** *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 8. 15. 16. 20). — l. 14. ANTIQUA] ita R 1. E. V 4. 5. 8. 15; deest R 2. V 1. 2. 3. 6. || l. 15. pascuis] ita R. E. V 2. 3; pascua cett. alienis] ita R 1. E. V 2. 3; alienus R 2; aliena cett. || l. 16. pascua] pasneis E 2. V 3. grex alienus] 35 alienis V 3. seu] deest R 2; sive E 1. ovium] obium E 2; bovum R 2; boum V 3. 15. 16. 20. vaccarum] seu ovium add. V 15; caprarum atque vacarum V 2. || l. 17. Consors R 2. vero deest V 1. ospites] ita R 1. E 2; hospites cett. || l. 18. erbarum] ita R 1. E 2; herbarum cett. concluse] clause V 1. 2. || l. 19. forte] fortē E. et deest V 1. 8. || l. 20. invadit] intrandi V 4; invadere V 8. nisi] non V 2. forsitan] forte E 1.*

**VIII, 5, 6.** *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 15. 16. 20). — l. 21. FL. — REX] des. E 2. V 2. 3. 6. 16. 20; ANTIQUA V 4. 15. GLOR. deest E 1. V 1. 5. RECC.] RECDS R 1; RECESSVINTHUS R 2; R E 1; CHDS V 1. 5. || l. 22. Ut deest R 1. pro] in V 2. erroneis] errantibus V 3. denuntiet R 2; denuntient E 1; adnuncietur V 2. || l. 23. Caballus R 1; Kaballos R 2; Cavallum V 1. vel cetera animalia V 2.*

<sup>45</sup> 1) Cf. L. Burg. 23, 4. 5; 89, 2; ib. const. extr. 18, 1; Ed. Roth. c. 349. 350.

2) Cf. L. Burg. 89, 2. 3; ib. const. extr. 18, 2. 3) Lex, cum de hospitum et consortium inter se ratione de terra dirisa habenda constituat, ad Euricum referenda esse videtur; cf. Gaupp, 'Ansiedlungen und Landtheilungen' p. 399. De silvis indivisis relictis cf. X, 1, 9.

VIII, 5, 6. *Recc. Erv.] aut sacerdoti aut comiti aut iudici aut senioribus loci aut etiam in conventu publico vicinorum. Quod si non denuntiaverit, furis damnum habebit. Similis et de aliis rebus ordo manebit.*

VIII, 5, 7. *Recc.]*

### VII. ANTIQUA.

*Ut errantia animalia occupata qui inventit diligenter habeat et conservet.*

*Qui errantia animalia et sine custode invenerit, ita diligenter occupet, ut non evertat; sed sicut suum proprium diligat adque custodiat. Quod si dominus, qui perdidit, caballum suum vel animal non eversum invenerit, per singula capita maiora quaternas siliquas ille, qui inventit, accipiat. Ceterum si everterit, duplum animal domino cogatur exolvere.*

*Erv.]*

### VII.

*Ut errantia animalia occupata qui inventit diligenter habeat et conservet.*

*Qui errantia animalia et sine custode invenerit, ita diligenter occupet, ut non evertat; sed sicut proprium diligat adque custodiat. Quod si dominus, qui perdidit, caballum suum vel animal non eversum, 10 sed dilectum et sanum invenerit, per singula capita maiora quaternas siliquas ille, qui inventit, accipiat, et quantum in substantia ipsius caballi expendisse iuraverit a domino caballi recipiat. Ceterum si evertit, duplum animal 15 domino cogatur exolvere.*

VIII, 5, 8. *Recc. Erv.]*

### VIII. ANTIQUA.

*Ne animalia errantia occupata aut tondentur aut caractere notentur vel in alieno iure ducantur.*

*Caballum captum errantem nullus tondere vel vindere presumat. Caballis etiam 20 aut bubus vel aliis quibuslibet pecoribus errantibus nulli liceat caracteres<sup>1</sup> infigere. Quod si quis inventum animal vendere aut donare presumserit, secundum leges sicut fur teneatur. Qui vero totonderit, tres solidos compulsus exolvat; ita erit et qui characterem infixerit.*

VIII, 5, 6. *l. 1. sacerdoti] ita R 1. 3. V 15. 16; episcopo cett. aut comiti des. R 1; aut deest 25 E 1. conventum publicum V 2. || l. 3. ordo] forma V 15.*

VIII, 5, 7. *Codd. R 1. 2. (3). V 3. — l. 4. ANTIQUA] ita R 1; deest R 2. V 3. || l. 5. occupata R 1. || l. 7. custode] custodia R 1. || l. 9. suum] ita R 1; deest R 2. 3. propria R 3. || l. 11. Kaballum R 2. non eversum] non eversum R 1; conversum R 2. || l. 13. siliquas R 3. .*

VIII, 5, 7. *Codd. E 1. 2. V 1. 2. (4). 5. 6. (16). Pith. Mad. — l. 4. I] ANTIQUA add. E 2. V 2. 4; FLS GLS RECARCUS REX V 1. || l. 5. qui] quis V 6. inventi] ita E 2; invenerit cett. || l. 9. prou- 30 prium] ita E. V 1; propria cett. adque] ita E 2; atque cett. domino E 1. || l. 10. cavallum V 1. 6. et similiter infra. || l. 11. sed] et E 2. dilectum] delectum V 2; directum V 4. || l. 12. siliquas] ita V 1. 2; silicas E 2; siliquas E 1. qui invenerit 35 Pith. || l. 13. substanciam V 2. ipsius caballi] vel animalis add. Mad. expendisse] expendidisset E 2; expendidisse V 6. || l. 14. a domino] domino E 1; ad dominum E 2. caballi deest V 1. l. 15. evertit] ita E; everterit cett. 40*

VIII, 5, 8. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 15). — l. 17. ANTIQUA] ita E 2. V 4. 5; deest R. E 1. V 1. 2. 3. 6. || l. 19. vel — ducantur des. V 3. 15. alienum ius V 1. 2. deducantur V 2. Pith. || l. 20. Kaballum R 2; cavallum V 1, et similiter infra. vel] aut V 2. Pith. vel vindere des. R 3. vindere] ita R 1; bindere E 2; vendere cett. etiam deest R 2. || l. 21. bubus] bovus R; bobus V 2; bubis V 1. errantibus deest R 1. || l. 22. donare] dare E 1. Pith. lege R 2; 45 legem R 3. || l. 23. tonderit R 2. 3; totonderit al. m. corr. tonderit E 2. solidus R 2. compulsus exolvat] conpellatur exsolve R 2. ita erit] Similiter V 3. erit et] ita R 1. 2. 3; erit etiam et E. V 1; etiam erit ei V 2; erit etiam ei cett. || l. 24. caracteres R 2. 3.*

1) *Sunt signa, quae Germani rebus suis mobilibus infigere solebant, dicta 'Hausmarken'; cf. Homeyer, 'Die Haus- und Hofmarken' p. 10 sq.; H. Brunner, 'D. Rechtsg.' II, p. 500. 50*

## Recc. Erv.] VI. TITULUS: DE APIBUS ET EARUM DAMNIS.

- I. De inventis apibus defendendis.
- II. Si damnum faciant apes.
- III. De furatis apibus.

5 Recc. Erv.]

## I. ANTIQUA.

VIII, 6, 1.

## De inventis apibus defendendis.

Si<sup>1</sup> quis apes in silva sua aut in rupibus vel in saxo aut in arboribus\* invenerit, faciat tres decurias<sup>2</sup>, que vocantur caracteres; unde potius non per unum characterem fraus nascatur. Et si quis contra hoc fecerit adque alienum signatum intruperit, duplum restituat illi, cui fraus inflata est, et preterea XX flagella suscipiat.

\*<sup>1</sup>) *Mad. add.*: vel in qualcumque loco.

Recc. Erv.]

## II. ANTIQUA.

VIII, 6, 2.

## Si damnum faciant apes.

Si quis apparia in civitate aut in villa forsitan construxerit, et alii damnum intulerint, statim moneatur, ut eas in abditis locis transferre debeat, ne forsitan in eodem loco hominibus aut animalibus damnum inferant. Et qui hec precepta aut testationem neclexerit et damnum subfocationis in quadrupes intulerint, quod mortuum fuerit, duplum restituat; quod vero debilitatum, ille obtineat et similem domino reddat\* et pro iudicis contestatione, quam audire neclexit, V solidos coactus exolvat.

<sup>20</sup> \*) *V 4. 8 hic inserunt*: Si in hominibus debilitationem aut mortem vel damnum intulerit, iuxta leges componere non moretur, velut si ipse hec perpetrasset.

TIT. VI. Lemma. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 6. — l. 1. EORUM R 2. E 2. V 2. 6.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. E 1. 2. — l. 2. defendantis R 2; devendendis E 1. || l. 3. faciat R 1.

VIII, 6, 1. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4). 5. (6. 8. 15. 16). — l. 5. ANTIQUA] ita

25 R 1. V 4. 8. 15; deest R 2. E. V 1. 2. 3. 5. || l. 6. defendantis] et defendendis V 3; defensis R 2; devendendis E 1. Pith. (*in margine*); deest E 2. || l. 7. in rupibus] in deest R 1. saxis V 3. || l. 8. decurias E 2. decurias que vocantur des. V 3. caracteres vocant V 2. unde] tres ut R 3. || l. 9. Et si quis] Si quis autem V 2. si quis] his qui R 2. hoc] hec V 2. alienum] alium V 16. signatum] signum V 15. intruperit] intrumperit E 2; invenerit et intruperit E 1. Pith.; ruperit V 16. || l. 10. ille

30 R 2. cui] cuius R 1. 2. XX] viginti E 1; XL V 16. suscipiat] perferat V 4.

VIII, 6, 2. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. (5. 6. 8. 15. 16). — l. 12. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 2. 4. 8. 15; deest R 2. E 1. V 1. 5. 6. || l. 14. apparia] ita R. E; apparia V. villa] silva V 15. 16. alii] ita R. E. V 1; aliis *Mad.* || l. 15. intulerint] ita R 1. V 2; intulerit cett. eas] ita R 1. 3; ea cett. in deest R 2. abdita loca V 1. 2. 4. 5. transferri V 1. 2. forsitan] forte V 2. 35 Pith. || l. 16. eodem] eadem R 1. in hom. et in an. V 2. || l. 17. testatione R 1; contestationem V 15. 16. neclexerit] ita R; neglexerit cett. et — intulerint des. V 4. subfocationis] ita R 1; suffocationis cett. quadrupes] ita R 1. V 2; rupes R 2; quadrupedes cett. intulerint] ita R 2. E; intulerit cett. l. 18. in duplum V 3. vero] ita R 1. 2. 3. E 2. V 1. 2. 4. 16. Pith.; si E 1; deest alius. debilitatum] est add. *Mad.* ille deest E 2. et deest E 2; et — reddat des. V 2. domino] damno E 1; dampno Pith. 40 l. 19. nelexit] ita R 1. 2; neglexerit E 2. V 1. 2; neglexerat R 3; neglexit cett. V] quinque R 2. E 1. quoactus R 2; quoactos E 2. || l. 21. velut] ita V 4; tamquam V 8.

1) Cf. Ed. Roth. c. 319: Si quis de arbore signato in silva alterius apes tulerit, conponat solidus sex; Petri *Exceptiones legum Rom.* III, 45: Si quis apes invenerit in sua vel aliena arbore et eas occupaverit, eius erunt . . . Excepto si dominus vel alius iam signaverit arborem 45 causa colligendi eas . . . Fontes iuris Romani de arbore signata non referunt; cf. Iust. Inst. II, 1, 14; Dig. XLI, 1, 5, § 2. V. de hac re I. Grimm, 'D. Rechtsalterthümer' p. 596 sq.; M. Wagner, 'Das Zeidelwesen im MA.' (1895) p. 7. 2) Decuria est nota X; cf. Ducange s. v. et Grimm l. c. p. 545.

VIII, 6, 3. *Recc. Erv.]*

## III. FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX.

## De furatis apibus.

Si<sup>1</sup> quis ingenuus in appiaria furti causa fuerit comprehensus, si nihil exinde abstulerit, propter hoc, quod ibidem comprehensus est, tres solidos solvat et L flagella suscipiat. Ceterum si abstulerit, novecuplum cogatur exolvere et predictum numerum flagellarum excipiat. Servus vero, si ingressus nihil abstulerit, C verberibus addicatur. Quod si abstulerit, sexcuplo reddere conpellatur; pro quo si dominus satisfacere noluerit, eum serviturum illi, qui damnum pertulit, tradat.

VIII, 6, 3. *Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (6. 16). — l. 1. FL. — REX] des. V 4. 16; ANTIQUA E 2; NOVITER EMENDATA V 3. RECC.] REC<sup>O</sup>DUS R 1; RECESSVINTHUS 10 R 2; R E 1; RCSDS V 2; RCD<sup>S</sup> V 5; RECAREUS V 1. || l. 3. appiaria] ita R. E; apiaro cett. comprehen- *vel* comprehen- *pro* comprehen- R 2. E 2, hic et infra. comprehensus] inventus et V 2. || l. 4. tres] ita R. E; III V 1; IV V 3. solidus R 2. L] quinginta E 2. || l. 5. si aliquid abst. V 2. novecupla R 2. predictum — excipiat] C (L V 3) flagella suscipiat V 3. 4. || l. 6. Servus vero si] ita R 1. E 2. V 1. 2; Si vero servus cett. ingressus] ita R 1; ingrediens R 2. 3. E. V. C] centum R 2. V 1. C — 15 abstulerit des. V 2. verberibus addicatur] verbera portet V 4. abdicatur R 1. E 2. || l. 7. sexcupla E 2; sexcuplum E 1. V. reddere deest R 2. conpelletur R 2. || l. 8. noluerit] voluerit V 1. illi — tradat] tradatur qui damnum pertulit V 3. damnum] damna E.*

1) *Lex substituta esse videtur antiquiori, quae de apibus furatis, neque vero de solo ingressu constituit. Cf. Ed. Roth. c. 318: Si quis de apeculare vas cum apes furaverit . . . 20*

*Recc. Erv.*

## DE FUGITIVIS ET REFUGIENTIBUS.

### LIBER NONUS.

#### I. TITULUS: DE FUGITIVIS ET OCCULTATORIBUS FUGAMQUE PREVENTIBUS.

- I. Si ingenuus vel servus fugitivum celasse repperiantur.
- II. Si fugitivus vinctus quoecumque ligamine absolvatur.
- III. Infra quod tempus mancipium latens inventum iudici debeat presentare.
- IV. Si nesciens quis fugitivum suscepit, humanitate concessa.
- V. Si alienum mancipium quis persuadeat, ut fugiat, [vel humanitatem inpendat].
- VI. Si ignotus homo susceptus multis diebus apud alium commoretur.
- VII. Si servus fugitivum sciens viam ostenderit fugiendi.

*Recc.] VIII. Ut, ad cuius domum fugitivus  
venerit, vicinis et loci priori-  
bus contestetur.*

*Erv.] VIII. De susceptione fugitivorum, si  
dominus vel servus suscipiat  
alterius fugitivum.*

- 15 Recc. Erv.] VIII. Ut bis venditus servus, per fugam rediens, in libertate permaneat.*
- X. Ut discutiatur mancipium fugitivum, [ne propter lucrum fuerit ad domum suscipientis inmissum].
- XI. Si ingenuum se esse mentiens servus sub mercedis condicione apud alium commoretur.
- XII. Si fugitibus in domo cuiuscumque fuerit inventus.
- XIII. De mercedem eius, qui prendiderit fugitivum.
- XIV. Si servus fugiens se esse mentiatur ingenuum.

LIB. IX. TIT. I. *Lemmata. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 6. — l. 3. FUGAMQUE PREVENTIBUS] ita V 3. 6; FUGAQUE PREVENTIBUS R 1; EUC ADQUE PREVENTIBUS E 2; 25 FUGAM QUERENTIBUS R 2. E 1; FUGAM PREBENTIBUS V 1; FUGAMQUE PREBENTIBUS V 2.*

*Index capitulorum. Codd. R 1. 2. E 1. 2. (V 2). — l. 5. celasse] celare R 1. reperiuntur R 2.  
l. 7. quod] quot E 1. presentari] ita E; presentare R 1; deest R 2. || l. 8. Si nesciens quis] Qui  
nexiens E 2. humanitate concessa] ita R 2. E; des. R 1. || l. 9. persuadat R 2. E 2. vel h. inp.  
des. R. inpendat] impedit R 2. || l. 10. commoretur deest R 1. || l. 11. fugiendi deest R 2. || l. 12. VIII.  
30 Ut ad — contestetur (col. 1) ita R. E 2. VIII. De susceptione — fugitivum (col. 2)] ita E 1.  
l. 13. vicinis — contestetur des. R 1. || l. 14. contestetur deest R 2. || l. 15. per fugam] ita E; per  
fuga R 1; per figuram R 2. || l. 16. discutiatur R 1. ne — inmissum des. R. fuerit deest E 1.  
l. 18. ingenuum — servus] ingenuus se esse mentiat servum R 2. sub — commoretur des. R 2.  
l. 19. commoretur deest R 1. || l. 20. fugitibus] ita R 1. E 2; fugitivus R 2. E 1. domum R 2. E 2.  
35 l. 21. mercedem] ita R; mercede E. prendiderit] ita R 1. E 2; prenderit R 2. E 1. fugitibum E 2.  
l. 22. se deest E 2.*

*Recc.]*

- XV. De his, que servus fugiens adquisisse videatur.
- XVI. De his, qui per ventos servos dominis reformare contemnunt.
- XVII. Si ingenuus vel servus latrones celando suscepereint.
- XVIII. Ut iudex cum omnibus rebus, cum quibus fugitivum invenerit, domino advenienti presentet.

*IX, 1, 1. Recc. Erv.]***I. ANTIQUA.**

*Si ingenuus vel servus fugitivum celasse repperiantur.*

Si<sup>1</sup> quis ingenuus fugitivum celatum habuerit, alium paris meriti cum eodem servum domino dare cogatur. Si vero servus sine conscientiam domini sui fugitivum celaverit, servi ambo publice centena flagella suscipiant\*; dominus vero eius nihil damni sustineat.

\*<sup>1</sup>) *V 2 add.: atque domino servus reformatetur.*

*IX, 1, 2. Recc. Erv.]***II. ANTIQUA.**

*Si fugitivus vincetus quocumque ligamine absolvatur.*

Si quis servum alienum in fuga lapsum, ferro vinctum aut in quocumque ligamine constitutum, absolverit, pro presumptione sua qui hoc fecerit det domino servi solidos X. Si vero non habuerit, unde conponat, a iudice C flagella suscipiat et

*l. 1. Si servus — sortiatur] ita E 2. V 2; des. R. E 1. || l. 2. ob hoc] ita V 2; ab oc E 2. 25  
l. 3. conubia E 2. || l. 4. que] ita R 1; qui R 2. E. V 2. || l. 5. videatur] ita R 1. E 1. V 2; videtur R 2. E 2. || l. 6. qui] quem R 1. per ventos] ita R 1. 2. E 1; preventus E 2. V 2. || l. 11. cum quibus des. R 2. E 2. || l. 12. dom. adv. pres. des. R 2. ad beniente E 2; veniente E 1. representet E 2.*

*IX, 1, 1. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 8. 15). — l. 13. ANTIQUA] ita R 1. E 1. V 2. 8. 15. Pith.; deest cett. || l. 14. Si] Si quis V 1. vel servus] servum V 1. 2. repperiuntur 30 R 2; repperiuntur E 2. V 1. 2. || l. 15. quis deest R 1. fugitivum] ita R. E 1. V 3. Pith.; serbum fugitivum E 2; servum fugitivum cett. fugitivum celatum] fugientes celatos R 3. meritis R 2. cum eodem servum] ita R 1; servum cum eodem R 2; cum eodem servo R 3. E. V. || l. 16. conscientiam] ita R 1. E 2; conscientia cett. sui] servum V 1. || l. 17. eius] ita R 1. 3; cius servi E 1. V 1; huius servi Pith.; servi cett.*

*IX, 1, 2. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 8. 15. 16. 20). — l. 20. ANTIQUA] ita R 1. V 8. 15; deest cett. || l. 22. alienum deest V 1. 2. 5. in fugam V 1. || l. 23. ligamine] ita R 1. 2. 3. E 1. V 3. 4. 15. 16. 20. Pith.; ligamento cett. || l. 24. X] decem E 2. a iudice des. V 2. C] centum R 2.*

*1) Lex, ut videtur, Eurici. Cf. legem Constantini a. 317, Cod. Iust. VI, 1, 4: Qui- 40 cumque fugitivum servum in domum vel agrum inscio domino eius suscepereit, eum cum pari alio vel viginti solidis reddat; Ed. Theoder. c. 84: Quisquis servum sive colonum alienum sciens fugitivum suscepereit aut occultaverit, ipsum domino cum mercedibus et peculio eius et eiusdem meriti alterum reddat. Auctor legis Euricianae ex ipsa Constantini constitutione hausisse videtur; v. quae infra notantur ad IX, 1, 11. 12. Cf. etiam L. Burg. 39, 4. 5; 45 Cod. Theod. V, 9, 1. 2.*

*Erv.] XV. Si servus fugiens dicat se esse ingenuum et ob hoc mulieris ingenua connubia sortiatur.*

*XVI. De his, que servus fugiens adquisisse videatur. 5*

*XVII. De his, qui per ventos servos dominis reformare contemnunt.*

*XVIII. Si ingenuus vel servus latrones celando suscepereint.*

*XVIII. Ut iudex cum omnibus rebus, 10 cum quibus fugitivum invenerit, domino advenienti presentet.*

**Recc. Erv.]** servum requirere hac domino restituere non moretur. Quod si eum non **IX, 1, 2.** potuerit invenire, aut servum equalis meriti domino reddere conpellatur, aut si non habuerit, ipse subiaceat servituti, illi, cuius servum laxaverit, addicendus. Quod si hoc servus fecerit sine domini volumtate, coram iudice C flagella suscipiat. Et si **5** vincetus inveniri non potuerit, servus, qui solvit, tradatur in servitio domini vinculati. Quandocumque autem, qui vincetus fuit, inventus extiterit, domino reformatur, et datus pro eo servus ad proprium dominum revertatur. Sin autem conscio domino id fecerit, ipse dominus conponat, sicut est de ingenuis superius constitutum.

**Recc. Erv.]****III. ANTIQUA.****IX, 1, 3.**

**10** Infra quod tempus mancipium latens inventum iudici debeat presentari.

Si<sup>1</sup> cuiuslibet servus ad aliquem latens advenerit, statim eum presentare iudici non differat. Quod si eum non presentaverit, et usque ad octabam noctem aput eum moratus fuerit, aut si ad longinquiora loca transierit, duos eiusdem meriti servos domino cogatur exolvere. Nam si aput eum mancipium, quod susceperebat, subcelatum **15** invenitur, alterum cum eo dare domino non moretur, quia intra diem legibus constitutum noluit contestari.

**Recc. Erv.]****III. ANTIQUA.****IX, 1, 4.**

Si nesciens quis fugitivum susceperebat humanitatem concessa.

Si quis nesciens fugitivum susceperebat et ei humanitatem dederit, et non amplius **20** ibidem fuerit quam una die vel nocte inmoratus, domino requirenti fugitivum suum prebeat sacramentum: se nescisse, quod fugeret; aut si certe potuerit adprobare, quod fugitivum non celaverit, ab omni calumnia liber abscedat. Si vero ibi biduo aut triduo aut quatriduo pro reparandis sumtibus vel cuiuscumque occasionis causam

**IX, 1, 2. l. 1.** requirere] acquirere *V* 16. *hac*] *ita R* 1. 2. *E* 2; ac *cett.* domino suo rest. **25** *V* 1. 2. || *l. 2.* aut *deest Pith.* equalem *R* 2. conpellatur] non moretur *R* 1. *Pith.* (*ex praecedenti sententia per errorem repetita*); detur *V* 3. aut] et *E* 2. || *l. 3.* habuerit] *ita R* 1. 2. 3. *V* 3; unde conponat *add.* *E. V* 1. 2. relaxaverat *V* 16. || *l. 4.* C] centum *R* 2. || *l. 5.* vincetus] victus *E* 2; vincum *V* 3. 16. invenire *R* 2. *V* 1. servus quidem qui *R* 2. servitio] *ita R* 1. 2. 3. *E. Pith.*; servitium *cett.* domini] *ita R* 1. 2. 3. *E* 1. *Pith.*; *deest V* 4; domino *cett.* vinculatum *E* 1. || *l. 6.* autem *deest R* 1. fuerit **30** *R* 1. domino ref.] domino *deest V* 1. || *l. 7.* *Sin*] *ita R* 1. *E* 2. *V* 1; *Si cett.*

**IX, 1, 3.** *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 6. 8. 15. 16). — *l. 9. ANTIQUA*] *ita R* 1. *V* 2. 8. 15; *deest cett.* || *l. 10.* presentare *E* 1. latens] translatens *E* 2. || *l. 11.* presentari *E* 1. iudici] in iudicio *R* 2. || *l. 12.* presentaverit] presentet *V* 3. octabam] *ita R* 1. 2. *E* 2; octavam *cett.* noctem] diem *V* 16; diem vel noctem *V* 15. || *l. 13.* remoratus *V* 3. ad *deest V* 2. longinquorum locorum *R* 1. || *l. 14.* quod] quem *R* 2. subcelatum] succelatum *E* 2; celatum *V* 1; *deest R* 2. **35** *l. 15.* invenitur] invenerit *V* 1. 2. intra] *ita R* 1. 2. 3. *E* 1. *V* 3. 16. *Pith.*; infra *cett.* || *l. 16.* contestare *R* 2. 3.

**IX, 1, 4.** *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 6. 8. 15. 16). — *l. 17. ANTIQUA*] *ita R* 1. *V* 5. 8. 15. 16; *deest R* 2. *E. V* 1. 2. 3. 4. 6. || *l. 18.* Si nesciens quis] Qui nexiens *E* 2; Si quis **40** nesciens *V* 1. 2. humanitatem concessa] *ita R* 1. *E* 2; et ei humanitatem dederit *Mad.*; humanitate concessa *cett.* || *l. 20.* ibidem fuerit post nocte *praebet V* 2. quam una die vel nocte inmoratus] *ita R. E. V* 1. 5; inmoratus quam una die vel nocte *cett.* una] uno *E* 2. *V* 1. *diq R* 1. || *l. 21.* fuderet] *ita R* 1. *E* 1. *V* 1. 2; fugiret *R* 2. 3. *E* 2. || *l. 22.* vero] certe *R* 2. ibi *deest R* 1. || *l. 23.* causam pretendens] *ita R* 1; causa preteriens *cett.*

**45** 1) *Lex, ut videtur, Eurici.* Cf. *L. Burg.* 39, 1. 2: Quicumque hominem extraneum cuiuslibet nationis ad se venientem susceperebat, discutiendum iudici presentet. Quod qui intra septem dies non fecerit . . .; *L. Rom. Burg.* 6, 1. 2; *Ed. Theoder.* c. 80; *Coll. iur. Rom.-Visigoth.* (*Gaud.*) c. 19; *infra IX, 1, 6. 8. 9.*

**IX, 1, 4. Recc. Erv.]** pretendens moras afferre voluerit, conventus a domino, ubi postea manserit vel a quo humanitatem fugitivus acceperit, cogatur ostendere; et infra sex menses aut inveniat fugitivum, aut eos, apud quos postea fuerit, ostendat. Quod si non potuerit invenire, conscientiam suam ex hoc sacramento purgare debebit. Et apud quem novissime venit, aut representet qui fugit, aut paris meriti servum domino reddat; et si servus postea fuerit inventus, illum, quem pro eodem dederat, recipiat et ab omni calunnia securus abscedat.

**IX, 1, 5. Recc. Erv.]****V. ANTIQUA.**

Si alienum mancipium quis persuadeat, ut fugiat, vel humanitatem inpendat.

Si<sup>1</sup> quis alienum mancipium persuaserit, ut fugiret, aut ei, cum sciret fugitivum, humanitatem dederit<sup>2</sup> aut forte detonderit fugientem<sup>3</sup>, si fugitivus potuerit inveniri, duos cum eodem paris meriti servos domino reformare cogatur. Sin autem inventus non fuerit fugitivus, tres servos eius meriti domino conpellatur exolvere. Eadem quoque et de ancillis precipimus custodire.

**IX, 1, 6. Recc.]****VI. ANTIQUA.**

Si ignotus homo susceptus multis diebus apud alium commoretur.

Si<sup>4</sup> apud quemcumque quinque vel septem dies homo incognitus aut latens moretur, qui eum ospicio suscepit vel

**Erv.]****VI.**

Si ignotus homo susceptus multis diebus apud alium commoretur.

Si apud quemcumque quinque vel septem dies homo incognitus aut latens moretur, qui eum<sup>20</sup> ospicio suscepit vel humanitatem dedit, ante

IX, 1, 4. l. 1. afferre] ita R 1. E. V 1. 2; auferre R 2; facere R 3. a domino] a deest R 1. l. 2. humanitatem fugitivus] ita R 1. 2. 3. E 1; f. h. cett. acceperit] suscepserit Pith. || l. 3. fuerit] commoratus fuerat V 16. hostendarit R 2. E 2. || l. 4. conscientia sua V 2. debet E 1. Pith. Et deest V 1. || l. 5. evenit V 2. presentet E 2. V 2. 4. 5. 16. fugiit R 3. E 2. V 2. || l. 6. eodem] eo 25 R 3. E 2. V 2. dederit V 1. || l. 7. calumniam E 2. securus] liber V 16. abscedat] succedat R 2.

IX, 1, 5. Codd. R 1. 2. (3). E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6: (15. 16). — l. 8. ANTIQUA] ita R 1. E 1. V 2. 15; FLS GLS RECARCUS REX V 1; FLS GLS RCDS REX V 5; deest R 2. E 2. V 3. 4. 6. l. 9. persuadat R 2. E 2. || l. 11. alieno mancipio Pith. persuaserit] persuaderit E; persuadit R 3. fugire] ita R 1. 2. E 2; fugiat R 3. E 1. V 4. 5. Pith.; fugeret cett. sciret] misceret ut E 2. || l. 12. de- 30 tonderit] detonderit V 2; totonderet V 16; detruderit Pith. in textu, (in margine detonderit). fugitivus p. inveniri] ita R 1; fugitivum p. invenire cett. || l. 13. servos deest R 3. E. V 1. reformare cogatur] detur V 3. Sin] ita R 1. 2. E 2. V 2; Si R 3. cett. || l. 14. eius] ita R 1. E 2; eiusdem cett. Eadem V 2. Eadem — custodire] des. V 1; Eadem lex et de ancillis custodiatur V 3. || l. 15. custodire] ita R 1. 2; custodiri cett.

IX, 1, 6. Codd. R 1. 2. (3). — l. 16. ANTIQUA] ita R 1; deest R 2. || l. 17. ignoratus R 1. || l. 19. quecumque R 1. || l. 20. incognitus] ita R 1. 3; ignotus R 2. || l. 21. ospicio] ita R 1; hospicio R 2. 3.

IX, 1, 6. Codd. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 16. 18). — l. 16. VI] ANTIQUA add. E. V 15. 16; . . . et NOV EM add. V 2; FLS GLS RECARCUS REX add. V 1; FLS GLS RCDS REX add. V 5. || l. 18. alium] aliquem V 3. || l. 19. apud] 40 ita E 2; apud alii. vel] aut Pith. septem] sex E 1; VI Pith.; VII V 1. diebus V 3; dies corr. diebus V 6. || l. 20. incognitus] ita E 2. V 6; ignotus cett. qui] ita E 2. V 2; ille qui cett. l. 21. ospicio] ita V 6; ospicium E 2; hospitium 45 cett. humitatem E 1.

1) Cf. Ed. Theoder. c. 80: Qui mancipium alienum sollicitaverit, tres alias eiusdem meriti et ipsum domino cum peculio suo reddat. 2) Cf. L. Burg. 6, 9: Si ingenuus fugitivo . . . panem dederit . . . 3) Cf. L. Burg. 6, 4: Quicumque . . . fugienti . . . capillum fecerit . . . 4) V. supra IX, 1, 3 et quae allegantur p. 353, n. 1.

**Recc.]** humanitatem dedit, ante diem testetur hoctabum iudici vel vicario proxime civitatis aut territorii, ut illius, qui in loco maior est, interrogatione discussus, qui sit aut propter quid venerit, possit agnosciri. In limitibus preterea provinciarum maior sollicitudo prestetur, ita ut ipsa aut altera die eius publicetur adventus. Quod si intra hos octo dies non contestatus fuerit 10 qui suscepit, et mancipium in domo sua moram fecerit, alium talem cum eo domino restituat, quia noluit contestari. Si vero in fuga celatus evaserit, hospis requirat fugitivum; quem si non potuerit invenire, 15 duos equalis meriti mancipia domino cogatur exolvere.

20

Si decanus, relinquens decaniam suam, de hoste ad domum refugerit aut de domo sua, cum sanus esset, exire et ad expeditionem proficisci noluerit, det comiti civitatis<sup>\*</sup> solidos X. Quod si alicui forte mercedes dederit, reddat solidos V comiti civitatis, in cuius est territorio constitutus; et ipse comes civitatis notum nobis faciat, ut cum nostra iussione dividantur inter eos, in quorum centena fuerat adscriptus. Quod si aliquis, qui in thiufa sua fuerat numeratus, sine permissione thiufadi sui vel quingentenarii aut centenarii vel decani sui de hoste ad domum suam refugierit aut de domo sua in hostem proficisci noluerit, in conventu mercantium<sup>2</sup> publice C flagella suscipiat et reddat solidos X.

<sup>\*) E 2. V 1. 2. 5 addunt: in cuius est territorio constitutus.</sup>

IX, 2, 5. *Recc. Erv.]*

## V. ANTIQUA.

*Si compulsores exercitus beneficio accepto aliquem sine egritudine 15  
domu stare permiserint.*

Servi dominici, qui in hoste exire conpellunt<sup>3</sup>, si ab eis aliquis se forte redimerit, quantum ab eo accepit, in novecuplum comiti civitatis cogatur exolvere, et eos, quos rogaverit, dum esset sanus, ut eum in expeditionem non compellerent, etiam si nullam mercedem ab eo acceperint, illi, qui eum relaxaverint, reddant pro 20 eo comiti civitatis solidos V. Thiufadus vero querat per centenarios suos, et centenarii per decanos, et si potuerint cognoscere, quia per precem aut per redemtionem ad domum suam refugient aut de domo in hostem proficisci noluerint, tunc thiufadus

IX, 2, 4. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 16. 20). — l. 1. ANTIQUA] ita R 1. V 2; deest R 2. E. V 1. 3. 4. 5. 6. 16. 20. || l. 2. ad deest R 2. E 1. V 2. domum] ita R. E. V 1. 2; 25 d. suam Mad. || l. 4. de — domum des. V 3. hoste] oste R 1; hostem R 2. E 2. domum] ita R; domum suam E. V. || l. 5. cum] dum V 1. 2. esset] ita R 1; deest V 3; est cett. exire] non exierit V 1; exiret V 3; deest V 4. et deest R 1. V 4. ad expeditione R 1. || l. 6. X] decem R 2. solidos X des. V 1. reddet Pith. V] quinque R 2. E 1. || l. 7. in eius — constitutus des. V 3; in eius — civitatis des. V 1. comis E 1. notum] sed notum V 1. || l. 8. ut eum] et eum R 2; utrum E 1. in 30 deest R 1. conscriptus V 3. || l. 9. qui deest E 2. V 1. 2. thiufa] thiufa R 2. V 4. 5; teufa E 2; thiufa V 1. 2. 3; thiufada Mad.; thiufadia Pith. sua fuerat des. V 2. permissione] ita R 1; permisso R 2. V 2; permisso cett. thiufadi] thiufadi V 4. 5; teufadi E 2; thiuphadii V 1; thiuphadi V 2. 3. vel quingent. — decani sui des. R 2. || l. 10. quingentenarii] ita E. V 2. 4. 6 (ubi gente in loco raso). 8. 15; quingentenarii R 1; quinquagenarii V 1; quingentarii V 3. Mad.; sui add. Mad. aut centenarii] ita E 1. 35 V 3. 4. 8. 15; aut centenarii R 1; des. E 2. V 1. 2. Mad. vel dec.) sive decani V 2. de oste R 2; de ostem E 2. refugerit — noluerit des. R 1. refugierit R 2. || l. 11. proficisci] ire V 3. mercantium] ita R. E. V 1—6. 8. 15. 16. 20 et Pith. in margine; merentium Pith. in textu; certantium Mad. C] centum R 2; centena E 1. V 1. || l. 12. X] decem R 2. E.*

IX, 2, 5. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V. 2. 3. (4. 5). 6. (8. 15. 16. 20). — l. 14. ANTIQUA] ita R 1. 40 V 2; deest R 2. E. V 1. 3. 4. 5. 6. 16. 20. || l. 16. domu] domo R 2; ad domum E 2. istare R 1. l. 17. hoste] ita R 1; oste E 2; hostem cett. || l. 18. redimerit] ita R. E 1; dirimerit corr. redirimerit E 2; redemerit cett. accepit] ita R. E 2; acceperint V 2. Pith.; acceperit E 1; acceperunt cett. comiti civ. des. E 1. cog. exolvere] exolbat V 3. cogatur] ita R. E 2. V 1, cogantur cett. || l. 19. et si eos E 2. esset] est R 2. eum] dum est add. R 2. expeditione V 1. 2. || l. 20. acceperint — et si potuerint 45 (infra l. 22) des. V 4. acceperint E 1. illi] illum V 2. || l. 21. V] quinque R 2. Thiufadus E 2; Thiuphadus V 1. 2. 3. 6. || l. 22. decanos suos E 2. V 1. 2. ad] aut V 2. || l. 23. refugerint] configurerint E 1. de deest V 1. thiufadus E 2; thiuphadus V 1; thiuphadus V 2. 6.*

1) Rubrica eadem fere est praecedentis legis atque huius, quae illam continuare videtur.

2) I. e. in foro. 3) Cf. IX, 2, 2.

**Recc. Erv.]** preposito comitis<sup>1</sup> notum faciat et scribat comiti civitatis, in cuius est **IX, 2, 5.** territorio constitutus, ut comes civitatis vindictam, que in lege<sup>2</sup> posita est de his, qui pro se rogan aut qui se redimunt, aut thiufadis vel centenariis aut decanis vel servis dominicis, omnia ad integrum inplere non differat. Quod si exegerit et celaverit et in notitiam non protulerit, omnia, que exegit, in novecuplum reddat\*, et si corruptus ab aliquo vel rogitus exigere distulerit, in duplum de propria facultate satisfaciat illis, qui inter se hanc solutionem fuerant divisuri. Quod si post exactam rem regi notum non fecerit, ut ipse hoc iubeat in thiufa, cui debebatur, dividere, aut comes civitatis reddere fortasse dissimulet, undecupli compositionem eis satisfacere non moretur.

10 \*) *E 2. V 2. 4. 5. 8 addunt:* comiti civitatis.

**Recc. Erv.]**

## VI. ANTIQUA.

**IX, 2, 6.**

De his, qui annonas distribuendas accipiunt vel fraudare presumunt.

Hoc<sup>3</sup> iustum elegimus, ut per singulas civitates vel castella quicumque erogator annone fuerit constitutus, comes civitatis vel annone dispensator, annonam, quam eis est datus, ex integro in civitatem vel castello iubeat exhiberi et ad integrum eis restituere non moretur. Quod si contigerit, ut ipse comes civitatis aut annonarius per negligenciam suam, non habens aut forsitan nolens, annonas eorum dare dissimulet, comiti exercitus sui querellam deponant, quod annonas eorum eis dispensatores tradere noluerint. Et tunc ille prepositus hostis hominem suum ad nos mittere non moretur, ita ut numerentur dies, ex quo annone eorum iuxta consuetudinem eis inplete non fuerint. Et tunc ipse comes civitatis vel annonarius, quantum temporis eis annonas consuetas substraxerat, in quadruplum eis invitus de sua propria facultate restituat. Similiter et de his, qui in thiufa fuerint dinumerati, observari precipimus.

**IX, 2, 5. l. 1. comitis] ita R. E. V 1. 2; comiti *Mad.*; comiti civitatis V 3; civitatis V 16. et scribat comiti civitatis *des.* V 16. iscribat *E 2.* || l. 2. ut] et *E 2. V 16.* vindicta *R 1.* his] eis *R 2.* l. 3. aut qui — decanis vel *des.* V 15. 16. aut qui] ut qui *E 2.* aut th.] a th. *R 2. V 1. Pith.* thiufadis *E 2;* thiuphadis *V 1;* thiuphadis *V 2. 6;* tiumphadus *V 3.* vel cent.] ita *R. Pith.*; aut cent. *E;* *des.* V 1. 2. aut dec.] ac decanis *V 1.* || l. 4. omnia ad integrum *des.* V 1. 3. omnia] omnium *R 1.* si deest *R 1.* et cel.] aut celaverit *V 2.* || l. 5. in notitiam] ita *R. E. V 2. 3. Pith.*; innocentiam *V 1;* 20 in notitia *Mad.* exegerit *R 2. E 2. V 1;* exigerit *V 2.* et si] si deest *V 1.* || l. 6. rogitus] ita *R 1. E;* rogatus *cett.* exigere] exire *R 1. V 2. 3.* propria] ita *R. E 1. Pith.*; p. sua *cett.* || l. 7. illis qui] qui *R 2;* illi cui *E 2.* || l. 8. fecerit] fuerit *R 2. E 1. Pith.* ut ipse] et ipse *R 2.* thiufa] ita *R. E 1;* thiufa *V 4. 5;* teupa *E 2;* thiupha *V 2. 3. 6;* thiupha sua *V 1;* thiufadia sua *Pith.*; thiufada *Mad.* debetur *V 1;* debeatur *V 3. Pith.* comes] ita *R. E 1;* comiti *cett.* || l. 9. dissimulet] distulerit *V 16.* 35 undecuplum *E 2;* in undecupli *E 1;* in decupli *Pith. in margine.* conpositione *E 2. V 1;* satisfactione *V 2.***

**IX, 2, 6. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 15. 16. 20).** — l. 11. ANTIQUA] ita *R 1.* *E 2. V 3;* deest *R 2. E 1. V 1. 2. 4. 5. 6. 15. 16. 20.* || l. 12. vel] et *V 2. Mad.* fraudari *E 1.* l. 14. comis *E 1,* et ita *infra.* || l. 15. civitate *R 1.* castella *E 1;* in castello *V 1;* castellis *Pith.* iubeat *E 1.* exhiberi] ita *R. E 2;* exhiberi *cett.* eis] ei *V 2.* || l. 17. negligenciam] ita *R;* neglegentiam *E 1;* negligentiam alii. querelam *E 1. V 1. 2. Pith.* deponant] ita *R 1. E. V 1—6. 16;* deponant *R 2;* deponant *Mad.* eis deest *Pith.* || l. 19. Et tunc] Ea tunc *R 1.* hominem suum] omnem summam *R 2.* || l. 21. Et tunc] Tunc *R 2.* ipse] ille *R 1.* in quantum *E 1. Pith.* || l. 22. substraxerit *R 1. V 1.* quadruplum *R 1.* || l. 23. his] eis *R 2. E 1.* in deest *R 2.* thiufa] ita *R 1. E 1;* thiufa *V 5;* teupa *E 2;* thiupha *V 1;* thiupha *V 2. 3;* thiufadi *R 2.* dinumerati] ita *R 1;* numerati *cett.* 45 observare *R 2. E 2. V 1.*

1) Verba fortasse corrupta. Exspectaveris preposito hostis vel comiti exercitus; cf. infra l. 18. 19 et p. 367, l. 18. 2) **IX, 2, 1. 3 et p. 368, l. 18 sqq.** 3) Cf. Dahn, 'Könige' VI<sup>2</sup>, p. 210 sq.

IX, 2, 7. *Recc. Erv.]*

## VII. ANTIQUA.

Quam mercedem accipiat qui mancipia vel quaslibet res de manu hostis excusserit.

Quicumque de vite sue statu disperans inimicus fuerit adgressus, ita ut mancipia vel quodecumque genus pecunie aut aliarum rerum ab inimicis possit executere, et certus rei dominus apud eum aliquid videatur agnoscerre, de hiis ex toto duas partes pro intuitu misericordie domino certo restituat, tertiam vero partem pro laboris sui premio consequatur. Similiter et si quis qualemcumque mancipium ab inimicis sollicitaverit et ipsi mancipio patrocinium aut consilium prestiterit et eum ad certum dominum perduxerit, quicumque fuerit agnitus hoc fecisse, decimam partem mercedis pro tali casu aut eventu omnino excipiat habiturus.

IX, 2, 8. *Recc. deest.**Erv.]*

## VIII. IN NOMINE DOMINI.

FLAVIUS GLORIOSUS WAMBA REX.

Quid debeat observari, si scandalum infra fines Spanie exsurrexerit.

Cogit<sup>1</sup> nostram gloriam saluberrima intentio actionis, ut, sicut in dirimendis negotiis populorum legum est auctoritas promulgata, ita in rebus bellicis mutuo suffulta presidio habilis ad expugnandum maneat fraternitas dilectione retenta. Prodesse enim omnibus tranquillitas nostra non ambigit, si cunctorum animos ad bonum propositum classica legis tuba evocando constringit; scilicet, ut que in preteritis non bene ordinata discurrunt, deinceps disposita opitulante Domino in melius proficiant. Et ideo huius male usitate consuetudinis mores nostra clementia perhorrescit et tediouse tolerat, quod per quorundam incuriam frequentia occurrant patrie damna. Nam quotiescumque aliqua infestatio

15

IX, 2, 7. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5. 6. 14. 15. 16). — l. 1. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 3; FLS GLS RC REX V 2; FLS GLS RCHDS REX. ANTIQUA V 4; ANTIQUA. FLS GLS RCTS REX V 8. 14; deest R 2. E 1. V 1. 5. 6. 16. || l. 4. vite] oste E 2. statu] statum R 1. V 3; istudiis E 2. disperans] ita R. E. V 3; desperantis V 1; desperans cett. inimicus] ita R 1. E; inimicos cett. || l. 5. aut] ita R. E 1. V 1. 2; vel cett. inimico R 1. executere] evertere V 16. 30 l. 6. aliquid deest R 1. hiis] ita R 1; eis E 1. Pith.; eius E 2; his cett. ex toto] istatu E 2. || l. 7. pro — consequatur] qui excusus obtineat V 3. || l. 8. premium R 2. Similiter et des. V 4. qualemcumque R 1. || l. 9. et ipsi] et deest R 2. mancipii R 1. || l. 10. se decimam p.] ita R. E 1; de mancipio decimam p. cett. || l. 11. casu] causa R 2. V 3. 15. 16. Pith.*

IX, 2, 8. *Codd. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. 6 (usque ad: certamine p. 371, l. 5). (8. 15. 16. 17. 35 18. 19). — l. 12. IN NOMINE DOMINI] ita E 1. V 17. Pith.; des. cett. || l. 13. FL. — REX] des. E 2; NOVA LEX add. V 15. 19. FL. deest E 1. V 17. Pith. Mad. GLOR. deest E 1. V 1. 17. Pith. Mad. WAMBA] VAMBA V 3; GUAMBA V 4. || l. 14. scandalum E 2. Spanie] ita E. V 2; Ispanie V 1; Spanie corr. Ispaniq V 6; Hispanie cett. || l. 15. surrexerit V 16. Pith. || l. 16. Cogit] Cogent E 1; Quogent E 2. nostre glorie V 2. 6. Pith. intentio actionis] intentionis E 1; intentio 40 V 2. Pith. || l. 17. ita ut V 3. || l. 18. bellicis] becillis V 2; pellicis E 1; vel inlicitis E 2. habilis] ita E 1. V 17. Pith.; ab illis E 2. V 2. 3. 6. Mad.; deest V 1. 5. ad] quod E 2. ex-pugnandam E 2. || l. 19. retemta E 2. Prodest V 1. omnibus] hominibus E 1. V 17. Pith. || l. 20. pre-positum V 3. || l. 21. constringit] ita E. V 1; constringitur V 2; constringat cett. ut que] adque E 2. l. 22. discurrerunt E 2. || l. 23. proficiant] ita E. V 1. 2. 6; proficiantur cett. || l. 24. perorrescat 45 E 2; perorrescit V 1. 6. quorundam] eorumdem V 15. 16. || l. 25. frequentia] frequenter V 1. 15. 16. 17. cotiensemque E 2. aliqua] aliquid E 2.*

1) *De hac lege disseruit Dahn l. c. p. 218 sqq. Allegatur lex can. 7. concilii Tolentani XII. mense Ianuario a. 681 sub Ervilio rege habiti; v. p. 372, n. 1.*

*Recc. deest.* *Erv.]* inimicorum in provincias regni nostri se ingerit, dum nostris **IX, 2, 8.** hominibus, qui in confinio externis gentibus adiunguntur, hostilis surgit bellandi necessitas, ita quidam facillima se occasione dispergunt, modo transductione loci, modo livore odii, modo etiam impossibilitatis dissimulatione subnixi, ut in eo preliandi certamine unus alteri fraterna solacia non inpendat, et sub hac occasione aut qui prestare debuit publicis utilitatibus, fratrum destitutus adiutorio, retrahatur, aut si adgredi pro gentis et patrie utilitatibus audacter voluerit, casu inminentis periculi ab adversariis perimitur. Adeo presenti sanctione decernimus, ut a die legis huius prenotato vel tempore, si quelibet inimicorum adversitas contra partem nostram commota extiterit, seu sit episcopus sive etiam in quocumque ecclesiastico ordine constitutus, seu sit dux aut comes, thiufadus aut vicarius, gardingus vel quelibet persona, qui aut ex ipso sit commissu, ubi adversitas ipsa occurrerit, aut ex altero, qui in vicinitate adiungitur, vel quicunque in easdem provincias vel territoria superveniens infra centum milia positus, statim ubi necessitas emerserit, mox a duce suo seu comite, thiufado vel vicario aut a quolibet fuerit admonitus, vel quocumque modo ad suam cognitionem pervenerit, et ad defensionem gentis vel patrie nostre prestus cum omni virtute sua, qua valuerit, non fuerit et quibuslibet subtilitatibus vel requisitis occasionibus alibi se transferre vel excusare voluerit, ut in adiutorio fratrum suorum promptus adque alacer pro vindicatione patrie non existat, et superveniens adversariorum hostilitas aliquid damni vel captivitatis in populos vel provincias regni nostri amodo intulerint, quisquis tardus seu formidulosus vel qualibet malitia, timore vel tepiditate succinctus extiterit, et ad prestitum vel vindicationem gentis et patrie exire vel intendere contra inimicos nostre gentis tota virium intentione distulerit: si quisquam ex sacerdotibus vel clericis fuerit et non habuerit, unde damna rerum terre nostre ab inimicis inflata de propriis rebus satisfaciat, iuxta electionem principis districtiori mancipetur exilio. Hec sola sententia in episcopis, presbiteris et diaconibus observanda est. In clericis vero non habentibus honorem iuxta subteriorem de laicis ordinem constitutum omnis sententia adinplenda est. Ex laicis vero, sive sit

**IX, 2, 8.** *l. 2. externis] al. man. corr. extremis E 2; extraneis V 15. 16. surgit] surrexit E 1.*  
*35 Pith. || l. 3. quidem E 2. V 2. 6. || l. 5. proeliandi E 1. certamine] reliqua desperita V 6. || l. 6. prestare — audacter des. V 3. prestare] presentare E 1. Pith.; se pro add. Pith., ut videtur, e coni.*  
*l. 7. fratrum — utilitatibus des. E 1. Pith. fratrum] fratrem V 1. || l. 9. Adeo] ita E 1. V 3; Ideo cett.*  
*discernimus E 1. a die late legis V 3. || l. 10. legis deest V 1. qualibet E 1. || l. 11. exteterit E 1. || l. 12. comis E 1. || l. 13. thiufadus] ita E 1. Pith.; thiuphadus V 1; tiumphadus V 2. 3;*  
*40 tiufadus cett. aut] ita E 1. Pith.; adque E 2; atque cett. qualibet V 2. qui] ita E. V 1; cui cett.*  
*l. 14. commissu E 2. V 2; commisso V 1; commissum cett. ubi] ut E 2. || l. 15. vicinitate] civitate E 1.*  
*V 1. 2. 16. Pith. territoria E 1. || l. 16. suprabeniens E 2; supervenerit V 16. milibus V 2; millaria V 16. istatim E 2. || l. 17. a duce suo seu comite] a iudice seu a duce vel comite V 5. suo deest E 1. V 1. 5. thiufado] ita E 1. Pith.; teuphado E 2; thiuphado V 1; tiumphado V 2. 3; tiufado cett.*  
*45 l. 18. quocumque] quo E 1. || l. 19. prestus] paratus E 1. Pith. || l. 21. alibi] aliquo V 1. 2. 4.*  
*adiutorium E 2. V 1. 2. || l. 22. adque] ita E 2; atque cett., et ita infra. || l. 23. aliquod E 2.*  
*populos vel des. V 2. || l. 24. vel in prov. Pith. intulerint] ita E; intulerit cett. seu] vel Pith.*  
*l. 25. formidulosus E 2. V. tepiditates E 2. succinctus] accinctus corr. suscinctus E 2. || l. 26. pre-*  
*50 stitum] precinctum V 2. gentis] suaee add. E 1. Pith. et patrie des. E 2. V 1. 2. 5. || l. 27. nostre]*  
*nostros E 2. || l. 28. quisquam] quiske E 1. V 2. || l. 31. et] ita E. V 2. Pith.; deest cett. || l. 32. sub-*  
*teriorem] subtiliorem E 1. V 2. Pith.; superiorem V 1. || l. 33. sive sit med. V 2.*

IX, 2, 8. *Recc. deest.*

*Erv.]* nobilis, sive mediocrior viliorque persona, qui talia gesserint, presenti lege constitimus, ut<sup>1</sup> amissio testimonio dignitatis redigatur protinus in conditionem ultime servitutis, ut de eius persona quidquid princeps iudicare voluerit potestas illi indubitata manebit. Nam iustum est, ut qui nobilitatem sui generis et statum patrie, quod prisce gentis adquisivit utilitas, constanti animo vindicare nequivit, legis huius sententia feriatur, qui notabiliter superioribus culpis adstrictus, degener atque inutilis repperitur. De bonis autem transgressorum, laicorum scilicet adque etiam clericorum, qui sine honore sunt, id decernimus observandum, ut qui deinceps hoc fortasse commiserint, inde cuncta 10 damna terre nostre vel his, qui mala pertulerint, sarciantur; ut recte doleat, et dignitatem se amisisse nobilium et predia facultatum, cuius maligna vel timida factio nec ledentem reppulit hostem nec se ostendit in adversariorum congressione virilem. Nam et si quilibet infra fines Spanie, Gallie, Gallecie vel in cunctis provinciis, que ad ditionem 15 nostri regiminis pertinent, scandalum in quacumque parte contra gentem vel patriam nostrumque regnum vel etiam successorum nostrorum moverit aut moveare voluerit, dum hoc in vicinis loci ipsius partibus iuxta numerum miliorum suprascriptum nuntiatum extiterit, aut etiam specialiter quisquis ille a sacerdotibus, clericis, ducibus, comitibus, 20 thiufadis, vicariis vel quibuslibet personis iuxta ordinem suprascriptum

IX, 2, 8. *l. 1. mediocrior] ita E. V 2. 3. 15. Pith.; mediocris cett. vilisque V 15. qui] que V 1. gesserint] ita E. Pith.; gesserit cett. || l. 3. in deest E 1. conditione] ita E 2. V 1; ultiōnem V 16; conditionem E 1. ut] et Pith. quicquid E 1. V 1, et ita infra. || l. 4. iudicare] vindicare Pith. manebit] maneat V 1. || l. 7. qui notabiliter — repperitur des. V 3. notabiliter] nobiliter E 1. 25 V 4. Pith.; nobiliter corr. notabiliter E 2; ignobiliter Lind. degener atque] deneger atque V 2; degenerat que V 4; degenerat qui E 1; denegent qui V 1. || l. 9. etiam deest V 2. || l. 10. observandum] ita E. V 1—5. 15. 16; servandum Mad. || l. 11. nostre deest V 1. mala] male E 2. V 2. l. 12. doleatur V 1. predia facultatum] predictam facultatem V 15. 16. || l. 13. timida] tumida V 1. factio] fatio E 1. factio nec ledentem] factione credentem E 2; factione negligentem V 1. 4. 30 l. 14. congressione] congressionem E 2; conversione E 1. Pith. et si des. E 1. || l. 15. Yspanie V 1. Galilee rad. corr. Galilee E 2. Gallecie] Galicie V 1; Gallie V 8. 15. 16. Pith.; vel Gallicie V 2; deest V 3. 4. ad] a E 1. || l. 17. nostramque E 2. V 1. || l. 18. loci] locis E. V 2. Pith. partibus] patris V 1; partis Pith. || l. 19. miliorum] meliorum E 2; deest V 3. extiterit] fuerit Pith. || l. 20. quisquis ille] cuique illi V 1. || l. 21. thiufadis] ita E 1. Pith.; tiuphadis E 2. V 2; tiumphadis V 3; thiu- 35 phadis V 1; tiufadis cett.*

1) *Sublata est haec sententia a concilio Toletano XII, can. 7: . . . quia legem illam a domino Wambane principe editam, quae de progressione est exercitus annotata, huius principis nostri et domini Ervigi mansuetudo temperare dispositum, adeo annuente nobis gloriose et religiosissimo Ervigo principe necessarium hoc sanctum concilium definit, ut hi, qui per supradictam legem testificandi dignitatem perdiderunt, recepto testimonio pristinae dignitatis causas exequi possint debitae actionis, qualiter nobilitatis solitae titulum reportantes, et quae de praeteritis legitime testificare voluerint, licentiae obtineant votum, et a iudicibus nullis prohibitionibus arceantur; hoc videlicet adientes, ut, si quid in praeteritis testificare voluerunt, si pro sola huius rei infamacione reiecti sunt, testimonio suo nuper conquerant, quod in praeteritis conquerere 40 poterant, tantum si illo tempore, quo in praeteritis ad testimonium dicendum vocati sunt et supradictae legis institutionibus reprobati, aut aliam criminis notam eos tunc non habuisse patuerit, aut tricennium tunc effluxisse, cum ad testimonium fuerant prolati, hi, qui eos reproba- 45 verant, manifeste convicerint. Cf. p. 374, n. 1.*

*Recc. deest.*

*Erv.] admonitus fuerit, vel ad suam cognitionem quoquo modo pervenerit, IX, 2, 8.*  
*et statim ad vindicationem aut regis aut gentis et patrie vel fidelium*  
*presentis regis, contra quem ipsum scandalum excitatum extiterit, non*  
*citata devotione occurrerit et prestitum se in eorum adiutorio ad*  
*destruendum exortum scandalum non exhibuerit: si episcopus vel qui-*  
*libet ex clero fuerit aut fortasse ex officio palatino, in quocumque sit*  
*ordine constitutus vel quelibet persona fuerit dignitatis, aut fortasse*  
*inferior huius infidelitatis implicatus scelere, non solum exilio religetur,*  
*sed de eorum facultatibus quidquid censura regalis exinde facere vel*  
*iudicare voluerit, arbitrii illius et potestatis per omnia subiacebit. Illos*  
*tantum a superioribus capitulois lex ista indemnes efficiet, qui ita ab*  
*infirmitate fuerint pregravati, ut progredi vel profici in consortio*  
*fidelium secundum superiorem ordinem minime possint; qui vero, et si*  
*ipsi morbis quibuslibet fuerint prepediti, omnem tamen suam virtutem*  
*in adiutorio episcoporum vel clericorum adque fratrum suorum sinceriter*  
*pro utilitate regie potestatis, gentis et patrie fideliter laborantium*  
*dirigebunt. Quod si hoc non fecerint, superiori sententia pariter cum*  
*transgressoribus feriantur. Persona autem illa tunc erit a suprascripta*  
*damnatione innoxia, dum per idoneum testem convicerit, ita se esse*  
*pre egritudine impossibilem, ut nullum habuisset in tempore prestandi*  
*vel proficisci vigorem; ut vitium, quod ex preteritis temporibus male*  
*usque hactenus inoleverat, et severa legis huius censura redarguat, et*  
*concors adque unanimis adsensio quietem plebium et patrie defensionem*  
*adquirat.*

25 Data et confirmata lex die kalendarum Novembrium anno feliciter  
secundo regni nostri<sup>1</sup>.

IX, 2, 8. l. 1. admonitus] innunciatum *V* 1. quoquo] *ita E* 1. *Pith.*; quoque corr. al. m. quoquo  
*E* 2; quoicumque *cett.* || l. 2. et patrie] aut patrie *V* 1. 2; et patrie — regis *des.* *V* 4. || l. 3. pre-  
sentis regis *al. m. corr. pr. legis E* 2; presentibus regni *V* 3. ipsum] ipsut *E* 2. excitatum] con-  
stitutum *E* 2. || l. 4. citata] concitata *V* 1. occurrerit] *ita E* 1; concurrerit *V* 1; cucurrerit *cett.*  
et dum prestitum] prestitum *V* 1. in adiutorium *E* 2. || l. 7. quelibet] *ita E*; cuius-  
libet *cett.* || l. 8. implicatus] inpublicatus *E* 1. *Pith.*; *deest V* 1. religetur] *ita E. V* 2; relegetur *cett.*  
l. 9. sed] sed et *E* 1. regalis] *ita E* 1. *V* 1. 2. 5. 15. 16. *Pith.*; legalis *cett.* exinde *deest V* 2.  
l. 10. arbitrii illius et potestatis] *ita E*; arbitrio i. et potestatis *V* 2; arbitrio i. et potestati *cett.*  
35 l. 11. tantum] tamen *V* 15. 16. efficiet] *ita E* 2. *V* 2; efficiat ead. m. corr. *E* 1; efficiat *cett.* ab  
*deest V* 2. || l. 12. vel] *ita E* 1; aut *cett.* consortium *V* 1. 2. || l. 13. minime *deest V* 2. et si *des.*  
*V* 1. || l. 15. in adiutorium *E* 2. adque] ad, al. m. add. que *E* 2; atque *cett.* || l. 16. gentis] *ita E.*  
*V* 1; et gentis *cett.* et fideliter *V* 1. || l. 17. dirigebunt] *ita E. V* 2. 3. *Pith.*; diregant *V* 1; dirigent  
*cett.* || l. 18. superscripta *Pith.* || l. 20. pre egritudine] per egritudinem *V* 1. || l. 22. recensura  
40 *V* 2. redarguit *E* 1. || l. 23. consors *E* 1. *V* 1. 2. *Pith.* || l. 25. die] a die *E* 2. Nov. *deest V* 3.  
l. 26. nostri] Toleto add. *V* 3.

1) I. e. die 1. Nov. a. p. Chr. 673.

IX, 2, 9. *Recc. deest.**Erv.] VIII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.*

De his, qui in exercitum constituto die, loco vel tempore definito non successerint aut refugerint; vel que pars servorum uniuscuiusque in eadem expeditione debeat proficisci.

5

Si<sup>1</sup> amatores patrie hii procul dubio adprobantur, qui se periculis ultronee pro eius liberatione obiciunt, cur desertores potius non dicantur, qui vindicatores eius esse desistunt? Nam quando hi tales voluntarie terram salvaturi credendi sunt, qui etiam admoniti pro liberatione patrie non insurgunt? dum aut de bellica profectione se differunt, aut, quod 10 peius est, vel remorari contra monita cupiunt, vel destituti contra ordinem proficiscuntur; cum quidam illorum laborandis agris studentes servorum multitudines cedunt, et procurande salutis sue gratiam nec vicesimam quidem partem sue familie secum ducunt; quin potius auctiores volunt fieri fruge quam corporis sospitate, dum sua tegunt et 15 se destituunt, maiorem diligentiam rei familiaris quam experientiam habentes in armis; quasi laborata fruituri possideant, si victores esse desistunt. Consulendum est ergo talibus per disciplinam, quos studia utilitatis proprie non invitant. Unde id cunctis populis regni nostri sub generali et omnimoda constitutione precipimus, ut instituto adque 20 prefinito die vel tempore, quo aut princeps in exercitum ire decreverit aut quemlibet de ducibus vel comitibus profecturum in publica utilitate preceperit, quisquis ille sive admonitionem cuiuslibet suscipiat, seu etiam nec admonitus qualibet tamen cognitione id sentiat vel quocumque sibi indicio innotescat, quo in loco exercitus bellaturus accedat, 25 domui ulterius residere non audeat vel qualemcumque remorationem vel excusationem profecturus exhibeat; sed definitis locis adque temporibus, iuxta quod eos vel iussio principalis monuerit, vel admonitio ducis vel comitis, thiufadi, vicarii seu cuiuslibet curam agentis tetigerit,

IX, 2, 9. *Codd. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (8. 15. 16. 17. 18. 20). — l. 1. FL. — REX]* 30  
*NOV EM V 2; NOVITER EMENDATA add. V 4. 8; ANTIQUA V 15. ERVIGIUS] ita E. V 1. 3. 4. 5. 8; VBAMBA Mad. || l. 2. exercitum] ita E 1. V 1. Pith.; exercitu cett. constituti V 16. die deest E 1. Pith. || l. 3. refugierint E 2. vel — proficisci des. V 15. 16. || l. 4. unicuiusque E 2. eadem deest E 2. expeditionem E 2. || l. 5. proficiscere E 2. || l. 6. hii] ita E 2; hic E 1; hi cett. l. 7. potius] protinus V 16. || l. 8. eius esse] ita E 1. V 1. 3; eius se esse cett. non desistunt Pith. 35 voluntariꝝ E 1. || l. 9. salbaturi E 2; salvatum V 1. admoniti] ita vel ammoniti codd. et Pith.; animo acri Pith. in textu. || l. 11. vel deest Pith. rememorari E 2. distituti E 2. || l. 12. istudentes E 2. l. 13. multitudinem V 4. 15. 16. cedunt] ita E. V 1. 2. 3. 4. 5; caedunt Pith.; coelant Lind.; tegant Mad. gratiam] ita E. V 1; gratia cett. || l. 14. vicesimam E 1. || l. 15. auctores V 1. volunt malunt V 2. || l. 16. distitunt E 2. || l. 17. esse] sese E 2; eius esse V 1. || l. 18. desistant E 2. 40 istudia E 2. || l. 20. instituto] in constituto E 1. Pith.; in statuto V 2. adque pref. die] die atque prefinito V 2. adque] ita E 2; ac E 1; hac V 3; actos V 4. || l. 21. ire] exire V 1. 2. 4. || l. 22. publica utilitate] ita E; publicam utilitatem cett. || l. 25. quem in locum V 5. adcedat E 2. || l. 26. domui] ita E. V 1. 2; domi cett. vel] ita E. V 1. 2. 3; nec Mad. || l. 27. in definitis V 2. adque] ita E 2; atque cett. et ita infra. || l. 28. eos] eum Pith. || l. 29. thiufadi] ita infra E 1 (ubi hoc loco deest). 45 Pith.; thiuphadi E 2. V 2; thiuphadi V 1; tiufadi cett. seu] sub E 1.*

1) *Erwigius perficiens, quod concilio Toletano XII. concesserat (v. p. 372, n. 1), hac lege novella legem a praecessore de progressione exercitus promulgatam temperavit. Ammissionem testimonii non iam inter poenas legis repetivit; tamen mirum in modum Wambani legem integrum in codice legum recepit. Cf. Dahn, 'Könige' VI<sup>2</sup>, p. 220 sq., ubi perperam lex Egicano tribuitur.*

50

Recc. deest.

*Erv.]* pr̄stum se unusquisque, ut dictum est, definito loco vel tempore **IX, 2, 9.** exhibeat. Iam vero, si quisquis ille admonitus, vel etiam si nec admonitus, et tamen qualibet cognitione sibimet innotescente non nescius, aut progredi statim noluerit, aut in definitis locis adque temporibus prestus esse destiterit: si maioris loci persona fuerit, id est dux, comes seu etiam gardingus, a bonis propriis ex toto privatus exilio relegatione iussu regio mancipetur; ita ut, quod principalis sublimitas de rebus eius iudicare elegerit, in sue persistat potestatis arbitrio. Inferiores sane vilioresque persone, thiufadi scilicet omnisque exercitus compulsores vel hi, qui conpelluntur, si aut in exercitum venire distulerint, aut in loco vel tempore constituto minime occurrerint vel proficisci neglexerint, seu de expeditione publica quocumque fraudis commento effugiendo se subtraxerint, non solum ducentorum flagellorum ictibus verberati, sed et turpiter decalvatione fedati, et singulas insuper libras auri cogantur exolvere, quas principalis potestas cui largiri decreverit, sui maneat incunctanter arbitrii. Quod\* si non habuerit, unde hanc conpositionem

*\*) Pro: Quod si — non moretur (p. 377, l. 3) V 15. 16. 17. 20 haec praebent, quae secundum V 18 'in codice vetustissimo' legebantur: Quod si non habuerit, unde hanc conpositionem exsolvat, tunc regie potestati sit licitum huiusmodi transgressorēm perpetue servituti addictum cui elegerit servitum, res quoque eius alibi separata collatione concedere vel donare; ita ut idem transgressor nec ad statum libertatis quolibet sibi indulcente ulterius redeat, neque rei sue iura quocumque sibi restaurante recipiat. Quod si etiam quidem rei dominus, id est ipse, qui quidem transgressoris reiculas donatas perceperat, culpe cuiuslibet criminis forsitan dinotatus a statu dignitatis pristine cadat, unde res ipsa in principis potestatem iterum veniat, tunc id irrevocabili constitutione tenebitur, ut etiam si ipse eam habere non meruerit, qui eam prius acceperat, in aliis fidelibus transfusa res ipsa proficiat; tantum, ut in illius ultra potestatem non transeat, qui in profectione bellica tardus et dignitate semel exstitit privatus et rebus. Sane duces omnes senioresque palatii ad huiusmodi sententiam obnoxii tenebuntur, quicumque fuerint superioris precepti transgressores inventi. Nec non et illi huiuscemodi damnationis sententiam merebuntur, qui aut de bello refugiunt, aut in bellica profectione constituti extra senioris sui permisum alibi properasse reperiuntur. Id*

**IX, 2, 9.** *l. 1. ut dictum est des. E 1. Pith. vel] aut E 1. || l. 2. exhibeat] exhibebit E 2. etiam si] ita E 1. V 1; si deest cett. || l. 4. istatim E 2. in deest E 1. Pith. || l. 5. prestus] praestitus E 1. Pith. maioribus E 1. comes] comis E 1; comes vicarius V 4. || l. 6. seu] sive E 1; seu etiam des. V 3. propriis] pro his E 1. Pith. relegatione E 2. || l. 8. in — arbitrio] abeat licitum V 3. || l. 9. thiufadi] ita E 1; thiupadi E 2. V 2. 3; thiupadi V 1; thiufadi cett. scilicet — si aut] et hominis persona que V 3. || l. 10. in loco] in deest V 1. || l. 11. occurrerint] concurrerint V 1. 2. l. 12. effugiendo] aut fugiendo E 2. || l. 13. subtraxerint] retraxerit E 2. ducentenis] ita E; ducentorum cett. ducent. — verberati] CC flagella suscipiat V 3. hictibus] ita E 2. V 2; ictibus cett. 45 l. 14. turpiter — insuper] dealbatur puplice et pro capite V 3. et singulas] et deest V 1. 2. l. 15. largire E 1. V 2. Pith. sui] suo Mad. maneat] si V 3. || l. 18. Quod si — dignitatis pristine cadat (l. 26)] Haec ex solo codice V 17 dedi; quae etiam in V 15. 16, quamquam in Mad. omissa, exstisset crediderim. || l. 21. separatas cod. || l. 23. ulterius] alterius cod. || l. 27. irrevocabili] irre- cuperabili V 17. || l. 29. acceperat] ita V 17; accepit Mad. || l. 30. tantum] ita V 17; tantum est Mad. 50 l. 33. tenebuntur] tenebantur V 17.*

IX, 2, 9. *Recc. deest.*

*Erv.] exolvat, tunc regie potestati sit licitum huiusmodi transgressorēm perpetue servituti subicere, ut quod de eo suisque rebus ordinare decreverit, habeat sine dubio potestatē. Illos sane ab huius legis sententia decernimus permanere innocuos, quos aut principalis absolverit iussio, aut minoris adhuc retinuerit etatis tempus aut senectutis vetustas, 5 vel etiam egritudinis cuiusque gravida represserit moles. Si tamen is, qui egritudine fuerit pregravatus, per legitimū testēm probare potuerit, quia pre egritudinis languore in exercitū proficiſci nequivit, omnem*

tamen in hac eadem progressionē tam in maiorū quam in minorū personis est observandum, ut, si quilibet sub gravi egritudine consistens nullo modo proficiendi habeat vires, statim loci illius vel territorii episcopū ad sue egritudinis inspiciendam molestiam veniendum exoptet; ita ut illum ex episcopis inspectorem sue egritudinis advocet, in cuius territorio vel provincia aut infirmasse ei contigerit aut immorasse, vel ex aliorū territorio advenisse contigerit. Nam 15 non aliter eis est credendum, nisi aut episcoporum testimonio, in quorum territoriis dinoscitur infirmasse, iurisiurandi fuerit attestatio firmatum; aut eorum iuramento, quos iidem episcopi vice sua inspectores direxerint, fuerit conprobatum. Qui tamen episcopi hanc de talibus curam habeant, ut egritudines eorum aut per se aut per 20 subditos diligenter inspiciant, si aut proficiendi nullo modo possunt, aut si post aliquos dies possint definite concurrere ad bellandum, id est, antequam exercitus in prefinitis locis ingrediatur ad prelium. Et secundum quod talium egritudines viderint, ipsorum est iudicio committendum, utrum domi sospitatis gratia reparande immorentur, 25 an reparatis viribus illis expediat ambulandum; qualiter sub eorum episcoporum testimonio aut egritudinibus eorum compatiamur, ut concedat, aut vitium, si sub egritudine fingitur, resecemus, ut placeat; ita tamen, ut si se quisquis ille ita viderit infirmitate defessum, ut nullo modo proficiendi valeat ad prelium, virtutem rei 30 sue secundum legis huius institutionem in publicis utilitatibus cum duce vel comite suo dirigere non moretur. Sin autem senserit, se continuo meliorari, mox ut corporis reparaverit vires, statim per se eum omni virtute sua, secundum quod legis huius sanctione precipitur, illuc non moretur succedere, ubi novit se admonitum extitisse vel 35 exercitū cognoverit postea properasse.

IX, 2, 9. *l. 1. tunc — potestatē] regi servitū subiaceat V3. potestatis E 1. Pith. huiusmodo E 1. || l. 2. perpetua servitū V1. 2. rebus deest E 1. Pith. || l. 3. huiusmodi Pith. l. 4. decrevimus Pith. permanere] ita E. V1. 2. 5; manere V4; cett. deest. || l. 5. retinuerit etatis tempus] aetatis retinuerit tempus E 1; ret. tempus vel etatis V1. 2. || l. 6. vel] ita E. V2; aut V1. 40 cuiusque — moles] languor V3. cuiusque] cuiuscumque E 1. Pith.; deest V4. grave] grave V4. represseris E 1; presserit V4. moles] ut proficiendi minus possit add. V1. is] his E 2. l. 7. egritudine — quia pre des. E 1. Pith. probare potuerit — ponamus (p. 377, l. 5)] probetur aut per sagramento, qui langor fuerit opressus; et si non adprobaverit superius lex feriatur et condemnetur V3. || l. 8. pre] per E 2. V1. langore E 2; languorem V1. proficiendi properare V4. 5; probare E 2. 45 l. 13. ita] ita V17; id est Mad. inspectorem] ita V17; inspectores Mad. || l. 16. non aliter eis] ita V17; ei aliter non Mad. || l. 17. iurisiurandi] ita V17; aut iur. Mad. || l. 19. direxerint] ita V17 in margine; V17 in textu et Mad.: dixerint. || l. 20. eorum] ita V17; morbosque add. Mad. || l. 24. est] ita V17; esse Mad. || l. 28. resecemus] ita V17; resecetur Mad. || l. 29. ille] ita V17; deest Mad.*

**Recc. deest.**

*Erv.] tamen virtutem rei sue ipse, qui egritudine pregravatus fuerit, IX, 2, 9.*  
 secundum legis huius institutionem in publicis utilitatibus cum duce  
 vel comite suo dirigere non moretur. Nunc vero, quia de generali  
 omnium progressionē prediximus, restat, ut de progressorum virtute  
 vel copiis instituta ponamus. Et ideo id decreto speciali decernimus,  
 ut quisquis ille est, sive sit dux sive comes atque gardingus, seu sit  
 Gotus sive Romanus, necnon ingenuus quisque vel etiam manumissus,  
 sive etiam quislibet ex servis fiscalibus, quisquis horum est in exercitum  
 progressurus, decimam\*\* partem servorum suorum secum in expeditione  
 bellica ducturus accedat; ita ut hec pars\*\*\* decima servorum non  
 inermis existat, sed vario armorum genere instructa appareat; sic<sup>†</sup> quoque,  
 ut unusquisque de his, quos secum in exercitum duxerit, partem  
 aliquam zabis<sup>1</sup> vel loricis munitam, plerosque vero scutis, spatis,  
 scramis<sup>2</sup>, lanceis sagittisque instructos, quosdam etiam fundarum in-  
 strumentis vel ceteris armis, que noviter forsitan unusquisque a seniore  
 vel domino suo iniuncta habuerit, principi, duci vel comiti suo pre-  
 sentare studeat. Si quis autem extra hanc decimam partem servorum  
 suorum in exercitus progressionē accesserit, omnis ipsa decima pars  
 servorum eius studiose quesita adque discripta, quidquid minus fuerit  
 inventum de hac instituta adque discripta decima parte servorum in  
 bellicam unumquemque secum expeditionem duxisse, in potestate principis

\*\*) *Pro* decimam partem servorum suorum *praebent* V 15. 16: medietatem  
 servorum suorum, de his, qui inventi fuerint a vicesimo anno et  
 supra, id [est] usque ad quinquaginta singulatim unusquisque.

\*\*\*) *V* 15. 16 *praebent*: medietas *pro* pars decima, et similiter *infra* l. 17—20:  
 medietatem — medietas — medietate *pro* partem decimam — pars  
 decima — parte decima.

<sup>†</sup>) *Pro* sic quoque — plerosque vero scutis *praebent* V 15. 16: Primam et  
 vicesimam partem unusquisque de his, quos secum in exercitum  
 duxerit, zavis (armis *pro* z. V 16) vel loricis munitam principi, duci  
 vel comiti presentare studeat. Reliquam vero partem armatam  
 ostendat, id est aliquos cum scutis.

IX, 2, 9. l. 1. tamen *deest* E 1. egritudinem *E* 2; ab aegritudine *Mad.* fuerit pregravatus  
*V* 2. || l. 4. omnium] hominum *E* 2. progressorum] progressionē *V* 1. || l. 5. institute *E* 1. *Pith.*  
 35 l. 6. quisquis ille est *des.* *V* 3. comis *E* 1. gardingus] grandaeurus *V* 16. seu — ingenuus *des.* *V* 4.  
 l. 7. Gotus] *ita* *E* 2; Gothus *cett.* || l. 8. sive] seu *E* 1. *Pith.* quislibet] *ita* *E*. *V* 1. 2; quilibet *cett.*  
 l. 9. expeditione bellica] *ita* *E*; expeditionem bellicam *cett.* || l. 10. hec ipsa *V* 1. servulorum *E* 2.  
*V* 1. || l. 11. inermis] in armis *E* 1. appareat] *ita* *E*. *V* 1—5; permaneat *Mad.* sic] sicut *V* 2.  
 l. 13. zabis] zavis *E* 1. *Pith.* *Mad.*; zavus *V* 3. monitam *E* 1. vero *deest* *E* 2. *V* 1. 2. spatis] *ita* *E*.  
 40 *V* 2; spathis *cett.* || l. 15. noviter] nobiliter *E* 2; nobiliter *V* 1. 2. forsitan] forsam *E* 1; forsitan *Pith.*;  
 forsitan *cett.* || l. 18. suorum — servorum *des.* *V* 4. exercitu *E.* progressionē] *ita* *E* 1. *V* 1; pro-  
 gressionem *cett.* || l. 19. discripta] *ita* *E* 2. *V* 2; descripta *E* 1. *V* 1; discussa *V* 16. || l. 20. inst.  
 adque discr.] adque discripta *des.* *E* 1. *Pith.* *Mad.*; atque descripta *V* 1. decimam partem *V* 2.  
 l. 21. bellica *E* 1. *V* 2. secum] secundum *E* 1. in (*post add. al. m.*), expeditio *E* 2; in expeditione  
 45 *V* 1; in expeditionem *V* 2. potestate] *ita* *E*. *V* 1; potestatem *cett.*

1) ‘Zaba’ est loricae species; v. Ducange, Glossarium s. h. v. 2) ‘Scrama’, vox  
 Germanica, significat gladii speciem; v. Ducange s. h. v.

IX, 2, 9. *Recc. deest.*

*Erv.] reducendum<sup>††</sup> est, ut, cui hoc idem princeps prelargiri decreverit, in eius subiaceat potestate. Quicumque vero ex palatino officio ita in exercitus expeditione profectus extiterit, ut nec in principali servitio frequens existat, nec in wardia cum reliquis fratribus suis labore sustineat, noverit se legis huius sententia ferendum; excepto si eum manifesta languoris ostensio conprobaverit morbidum. Nam et si quisque exercitrialium, in eadem bellica expeditione proficiscens, minime ducem aut comitem aut etiam patronum suum secutus fuerit, sed per patrocinia diversorum se dilataverit, ita ut nec in wardia cum seniore suo persistat, nec aliquem publice utilitatis profectum exhibeat, non ei talis profectio<sup>10</sup> inputanda est, sed superiori ordine, que de vilioribus inferioribusque personis in hac lege decreta sunt, in semetipsum noverit sustinere. His igitur ordinatis atque compositis, restat, ut frenum cupiditati eorum ponamus, quos ad peragenda negotia utilitatis nostre inpingimus. Et ideo nullus dux, comes, thiufadus seu quislibet commissos populos regens<sup>15</sup> accepto beneficio vel qualibet occasione sue pessime volumtatis quemquam ex suis subditis de bellica profectione dimittat, aut admonitiones ipsas, que fieri debent progressionē<sup>1</sup> exercitus vel inductione armorum, sub ista quasi admonitionis occasione interserat, unde quemquam illorum militare presumat<sup>2</sup>. Nam quisquis talia agens pro his, ut dictum est,<sup>20</sup> causis a qualibet aut oblatum quodcumque percepit, aut ipse quidquam cuicunque exegerit, et quidem si de primatibus palatii fuerit, et illi, a quo tale aliquid accepit, in quadruplum satisfaciat, et principi pro eo solo, quo se munificare presumpsit, libram<sup>†††</sup> auri soluturum se noverit. Minores<sup>\*†</sup> vero persone, ab honore vel dignitate ingenuitatis<sup>25</sup>*

<sup>††)</sup> *Pro* reducendum est — noverit sustinere (*infra l. 12*) *praebent* V 15. 16: est reducendum, qualiter id ipsum de hac medietate, quod minus unusquisque secum in exercitum duxerit, cui hoc idem princeps prelargiri decreverit, sui maneat incunctanter arbitrii.

<sup>†††)</sup> *V* 16. 17: triginta auri solidos.

<sup>\*†)</sup> *V* 15. 16. 17 et ‘ex codice vetustissimo’ 18: Minores vero persone et ea, que acceperint, in duplum illis, a quibus sunt ablata vel exacta, restituant, et ipsi L flagella publice verberati suscipiant. Huius

IX, 2, 9. *l. 1. reducendus E 1. largire E 1. || l. 3. exercitui E 1. V 3. expeditione] expeditionem E 1. V 2; deest V 3. || l. 4. existat] adsistat E 1. Pith. uuardia E 1. V 3. Pith.; guardia cett. l. 6. langoris E 2. et si] ita E; si V 1. 2. Pith. Mad. || l. 7. eandem bellicam expeditionem V 1. 2. || l. 8. comitem aut etiam patronum suum] c. suum aut etiam p. E 1; c. suum aut etiam p. suum Pith. || l. 9. neque E 1. Pith. uuardia E 1. V 3. Pith.; guardia cett. || l. 10. utilitati E 1. Pith. non] ita E. V 1. 2; nec cett. || l. 11. imputandum V 2. superiori ordine] ita E 2. V 1. 2. 4; superiorem ordinem E 1; superiorum ordinem V 3. Pith. Mad. || l. 13. igitur] ergo V 2. compositis<sup>40</sup> constitutis V 16. cupiditatis V 1. eorum pon.] eis imponamus V 2. || l. 15. comis E 1. thiufadus] ita E 1. 2; thiuphadus V 1; thiuphadus V 2; tiufadus cett. commissus populo E 2. || l. 16. sue] seu E 1. Pith. volumtatis] bolumtatis E 2; voluntatis cett. || l. 17. ex] e E 1; de V 3. Pith. || l. 18. que] quas E 1. V 2. inductione] ita E 2. V 1. 2; inductione E 1. Pith. || l. 19. ammonitionis E 2; ammonitionis V 1. occasionis E 2. interserant E 1. || l. 21. percepit] precepit E 2. V 1. || l. 12. cui-<sup>45</sup> cumque] ita E. V 1; cuiuscumque Mad. et quidem] ita E 1. V 1. 2; equidem E 2. || l. 23. aliquid deest E 1. Pith. || l. 24. quo] qui V 1. 2. solviturum se noverit] ipsa persolvat V 3. solbiturum E 2. l. 33. restituantur V 18. verberati des. V 18.*

1) *Scibili debuit pro (vel de) progressionē.* 2) *Haud aperte intelligitur, quid sibi velit haec sententia.*

**Recc. deest.** *Erv.] private, in potestate sunt principis redigende, ut, quod de eis vel **IX, 2, 9.** de rebus eorum iudicare elegerit, sue subiaceat modis omnibus potestati.*

sane legis edictum ab anno secundo regni nostri ex die kalendarum  
Novembris decernimus valitum.

**5 Recc. Erv.] III. TITULUS: DE HIS, QUI AD ECCLESIAM  
CONFUGIUNT<sup>1</sup>.**

- I. Ne ad ecclesiam confugiens abstrahatur, nisi armis defensus.
- II. Si ad ecclesiam confugiens, dum suis armis defenditur, occidatur.
- III. De damno hominem ab ecclesia abstrahentis.
- 10 III. Ut debitor sive reus de ecclesia non abstrahantur, sed que sunt debita reddant.

**Recc. Erv.] I. ANTIQUA.**

**IX, 3, 1.**

Ne ad ecclesiam confugiens abstrahatur, nisi armis defensus.

Nullus<sup>2</sup> de ecclesia ausus sit aliquem violenter abstraere, nisi ad ecclesiam  
15 confugiens armis se fortasse defensare voluerit<sup>3</sup>.

**Recc. Erv.] II. ANTIQUA.**

**IX, 3, 2.**

Si ad ecclesiam confugiens, dum suis armis defenditur, occidatur.

Qui<sup>4</sup> ad ecclesie porticos confugerit et non deposuerit arma, que tenuit, si fuerit occisus, percussor in loco sancto nullam fecit iniuriam nec ullam calumniam  
20 pertimescat.

IX, 2, 9. *l. 1. potestate] ita E 2. V 1. 2; potestatem cett. redigende] religende E 2. || l. 2. iudicare — potestati] voluerit facere licitum abeat V 3. || l. 4. decrevimus V 18.*

TIT. III. Lemma. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 17. 18. — l. 5. ECLESIAM R 1. E 2.

**l. 6. CONFUGIUNT]** ita R. E 2; CONFUGIUM FACIUNT E 1. V 1. 2. 17. 18.

25 Index capitulorum. Codd. R 1. 2. E 1. 2. — l. 7. ecclesiam] ecclesiam, et ita plerunque eclesias pro ecclesie R 1. E 2. abstraatur R 2. E 2, et similiter saepius. nisi a. def. des. R 2. || l. 8. occidatur deest R 2. || l. 9. hominum R 2. || l. 10. distraentis E 2. sed] si E 1; et E 2.

IX, 3, 1. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (8. 15. 17). — l. 12. ANTIQUA] ita R 1. V 8.

15. 17; deest R 2. E. V 1—5. || l. 14. de ecclesiam R 2. E 2. abstraere] ita R 1. E 2; abstrahere alii.  
30 l. 15. se] sese V 1. defensare] ita R. E 1. Pith.; defendere cett.

IX, 3, 2. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (8. 15. 17). — l. 16. ANTIQUA] ita R 1. V 3. 8. 15. 17; deest R 2. E. V 1. 2. 4. 5. || l. 17. ad ecclesia R 1. || l. 18. ad ecclesiam p. R 2. E 2. porticos] ita R. E 2; porticus E 1. V 1. 2. alii. || l. 19. fecit] fecerit E 2; fecisse V 1.

1) Rubrica tituli ad verbum ex Codice Theodosiano IX, 45 recepta est. Cf. cum legibus  
35 tituli huius Cod. Theod. IX, 45, 1. 4. 5; Nov. Maior. 11. additamentum: Illud quoque etc.;

L. Baiuv. 1, 7; supra V, 4, 17; VI, 5, 16. 18; v. E. Loening, 'Gesch. d. D. Kirchenrechts' I, p. 317 sq.; Dahn, 'Könige' VI<sup>2</sup>, p. 374 sqq. 2) Lex Eurici, ut videtur. Cf.

L. Baiuv. 1, 7, (1): Si culpabilis aliquis confugium ad ecclesiam fecerit, nullus eum vi abstrahere ausus sit . . . 3) Cf. Cod. Theod. IX, 45, 4 (= L. Rom. Vis. C. Th. IX, 34, 1).

40 4) Cf. Cod. Theod. l. c. § 3: Hos vero, qui templa cum armis ingredi audent, . . . si noluerint arma relinquere . . . , armatis, si ita res exegerit, intromissis, trahendos se abstrahendosque esse cognoscant et omnibus casibus esse subdendos. Interpr.: Sane qui ad loca sancta confugerint, arma, si qua secum portaverint, mox deponant . . . Quod si deponere arma noluerint . . . , sciant se armatorum viribus extrahendos.

IX, 3, 3. *Recc. Erv.*]

## III. ANTIQUA.

De damno hominem ab ecclesiam abstrahentis.

Si<sup>1</sup> quis de altaribus servum suum aut debitorem, non traditum sibi a sacerdote vel ab ecclesie custodibus, violenter abstraxerit, si onestioris loci persona est, ubi primum iudici de eo fuerit relatum, altario, cui iniuriosus fuit, cogatur exolvere solidos C, inferioris loci persona det solidos XXX. Quod si non habuerit, unde conponat, correptus a iudice in conventu C flagella suscipiat. Dominus vero servum, sive creditor debitorem recipiat excusatum.

IX, 3, 4. *Recc. Erv.*]

## III. ANTIQUA.

- Ut debitor sive reus de ecclesia non abstrahantur, sed que sunt debita reddant.

Eos, qui ad ecclesiam vel ad ecclesie porticos confugerint, nullus contingere presumat, sed presbitero vel diacono repetat, ut reformat; et seu debitor sive reus, qui confugerat, si non meretur occidi, apud repetentem ecclesie cultor interveniat, ut ei veniam det, et exoratus indulgeat. Quod<sup>2</sup> si debitor aliquis ad ecclesiam confugerit, eum ecclesia non defendat, sed presbiter aut diaconus debitorem sine dilatione restituat; ita ut ipse, qui debitum repetit, nequaquam cedere aut ligare eum presumat, qui ad ecclesie auxilium decurrit; sed presente presbitero vel diacono constituatur, intra quod tempus ei debitum reformatur. Quia, licet ecclesie interventus religionis contemplatione concedatur, aliena tamen retineri non poterunt.<sup>20</sup>

IX, 3, 3. *Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 2. 3. 4. 5. (8. 15. 16. 17). — L 1. ANTIQUA] ita R 1. E 2. V 1. 2. 8. 15. 17; deest R 2. E 1. V 3. 4. 5. || L 2. hominis ab ecclesie abstr. R 2; hominis ab ecclesia hominem abstr. V 2. ab] abs R 1. ecclesiam R 1. E 2; ecclesia cett. distraentis E 2. L 3. altare V 3. sacerdotem R 2. E 2. || L 4. abstraxerit] distraxerit Pith. onestioris] onestior R 1; onesciores R 2; onesti E 2; honestior V 1; honestioris cett. ubi primum] ita R 1. E 2. V 1. 2; des. 25 V 3; ut primum cett. || L 5. iudici] ante indicem V 3. de eo — cui des. R 2. relatum] revelatum V 1. 2. 5. 15; intimatum V 16. altari V 2. || L 6. C] centum R 2. E 1. inferioris] si inferioris R 2; inferior R 1; inferiores E 2. V 1. 2. loci] ita R; vero loci E. V 4. 15. Pith.; vero cett. persona] persona est R 2; persone E 2. V 1. 2. det] deest R 1; dent E 2. V 1. 2. habuerint V 2. conponat] conponant V 2; persolvat E 1. V 3. || L 7. correpti V 1. 2. in conventu] ita R. E 1; in 30 conventu publice cett. suscipiant V 1. 2; capiat V 4. sive] sibi et V 1; sibi sive V 2. || L 8. creditor debitorem] creditorem al. m. corr. creditor debitorem E 2.*

1) *Primus Sisebuti regis annus currebat inde a mense Februario vel Martio a. p. Chr. 612;* cf. quae exposui 'N. Arch.' XXVII, p. 422 sqq. 430. *Est igitur 'dies kalendarum Iuliarum proxime succendentium', qui terminus aequa atque in praecedente lege (cf. supra p. 419, n. 3) etiam infra (p. 422, n. 1) ad implendam hanc legem praefinitur, d. 1. m. Iulii a. 612. Itaque utraque lex 45 a. 612 certo inter mensem Februarium et diem 1. m. Iulii lata est, verisimiliter autem uno vel duobus mensibus ante terminum illum. In eadem re Ervigius rex postea spatium 60 dierum concessit; cf. XII, 3, 12.*

**Recc. Erv.]** venditoribus in alias eos regiones transferre, nisi ubi eorum mancipiorum **XII, 2, 14.** sessio iudicatur et mansio. Quod si ita proveniat, ut hii, qui transacti fuerint, nihil in suo cernantur habere peculio, tantum his mancipiis a venditoribus dare precipimus, quantum illis sufficere ad excolendum vel gubernandum se invenerit comparantis electio; 5 ne sub nomine emtionis non tam transactio, quam videatur esse exilium. Libertare vero servum christianum Hebreus si maluerit, ad civium Romanorum dignitatem eundem manumittere debebit; nulli scilicet Hebreo nec cuilibet obsequio reservato, sed vitam suam ubi voluerit manumissus procul ab Hebreorum consortio transigendi habeat potestatem. Quod si calliditatis fraudulentia Hebreus infestus venditionem 10 adque libertatem tali sub dolo confecerit, ut quedam deceptionis argumentatio venundato vel manumisso futuris temporibus invido dolo preveniat, quatenus\*\* hunc captiositas ementis adque vendentis dolo malo decipiat, huius nefandi sceleris argumentum ingenuus si prodiderit, facultatem sibi profuturam in omnibus Iudei percipiat. Christianus re vera, quem similis presumtio reum fecerit, nullis si fuerit 15 facultatibus latus, in servitio cui princeps voluerit redigatur. Si rerum certe illi ambitio fuerit, medietate fisco coniuncta, perpetua ipse notetur infamia. Servus vero huius calliditatis detector liberum se gaudeat profuturum, et in eius consistat adsiduus\*\*\* patrocinio, in cuius cernitur actenus fuisse servitio. Ut autem eius firmissima 20 libertas permaneat, vicarium a fisco servum dominus pro eodem accipiat, et insuper libram auri ab ipsis, quorum revelabit scelera, illi exacta proficiat. Quod si Hebreus circumcidet christianum, aut christianam in suam sectam ritumve transduxerit, cum

\*\*) *Pro* quatenus hunc — nullis si fuerit *V 8 praebet*: quatenus hanc deliberationem vel venundationem iuri suo iteratim usurpet, evacuata modis omnibus reputabitur huius temeritatis vel dolosa deceptio; et hanc nefandam sceleris argumentationem ingenuus, si prodiderit, meritum sui laboris profuturum ex facultatibus Iudeorum sumat et percipiat christianus, et huius argumentationis presumptor, nullus si fuerit.

\*\*\*) *Pro* adsiduus patrocinio *V 8 praebet*: arbitrio, utrum patrocinari cui elegerit, an in eius consistere patrocinio.

XII, 2, 14. *l. 1. in alias] reliqua des. V 3. eos deest R 1. eorum] ita R; eorundem (eorundum 20 E 1; eos eundem E 2) E. V. || l. 2. hii] ita R. E; hi V. fuerant E 1. || l. 3. his] hiis R 1; in his R 2. dare] ita R. E; dari cett. || l. 4. comparantis] competentis R 2. || l. 5. emtionis] emptoris E 2. non tam] nota R 1; notam R 2; non tam *rad. corr.* notam E 2. videtur R 1. exilio R 1. Libertare] ita R 1. E. V 1. Pith.; Liberare cett. || l. 6. Hebreus] ita R. E. V 1. 5. Pith.; Iudeus Mad. ad civium] mancipium E 2; (*v. lectionem sequentem*). || l. 7. eundem] mancipium V 1. cuilibet] quolibet 35 E 1. reservato, sed] servato et R 1. || l. 8. ab Hebreorum] habere orum R 1; ab Ebreorum R 2; ab Ebreorum E 2. || l. 9. galliditatis R 1. Ebreus R 2. infestus] infectus E 2; infectos R 2; effectus E 1. venditionem] conditionem R 2. || l. 10. confecerit] ita R. E 1. V 1; fecerit cett. quedam] uidam R 2; que E 2. || l. 11. venundato vel manumisso] ita certe legendum est, quamvis codicum auctoritas lectionem vel venundatio vel manumissio exigere videatur. venundato] vel venundatio R. V 1. Pith.; benudatio E 2. vel manumisso — reum fecerit (*infra l. 14*) des. spatio vacuo relicto R 2. manumisso] manumissio R 1. V 1. Pith.; (*deest R 2*); manumissu E 2. preveniat] ita R 1. E 1; perveniat Pith.; proveniat cett. || l. 12. isceleris R 1. || l. 13. argumentum — sibi des. E 2. || l. 15. latus] ita R. E; datus V 5; dilatatus cett. servitio] ita R. E. V 1; servitum cett. redigatur] ita R. E. V 1. Pith.; reducatur cett. rerum] reus V 20. illi ambitio] facundior V 8; in illo iudicio V 20. || l. 16. ambitio] dubitans posui; habintio R 1; abitatio E 2; habitatio V 5; ambitio, *quod, exceptis V 8 et 20, ceteri codices et editiones praebent, in Vulgata significat 'splendorem'*; cf. 2. Par. 16, 14; 1. Macc. 9, 37; Act. apost. 25, 23. medietatem R 2. E 1. V 1. coniunctam V 1. || l. 17. in deest R 1. || l. 18. haec tenus E. V. || l. 19. et proditor insuper V 8. || l. 20. libram] ita R. E 2. V 1; libra cett. ipsis quorum] ipso cui V 8. revelabit] ita R. E. Pith.; revelavit cett. Ebreus R 2. E 2. || l. 21. ritumve] ritum vel E 2; ritum R 2. 50 ritumque eius prophane superstitionis V 1; ritumque profanae eius superstitionis V 5.*

**XII, 2, 14.** *Rec. Erv.]* augmento denuntiantis capitali subiaceat supplicio, eiusque sine dubio bona incunctanter sibi vindicet fiscus. Mancipia vero, que ex christianorum et Hebreorum conubiis nata vel genita esse noscuntur, id observari censuimus, ut christiana efficiantur. Si certe hii, qui in ritu Hebreorum transducti sunt, in ea perfidia stare voluerint, ut minime ad sanctam fidem perveniant, in conventu populi verberibus cesi 5 adque turpiter decalvati, christiano, cui a nobis iussum fuerit, perpetuo servitio servituri subdantur. Quod si tam inlicita conubia fuerint perversa, id elegimus observandum, ut, si volumtas subiacuerit, infidelis ad fidem sanctam perveniat. Si certe distulerit, noverit se a coniugali consortio divisum adque divisa in exilio perenniter permanere. Inter cetera hoc adientes precipimus, ut, dum quispiam 10 Hebreorum certa devotione in catholicam confugium fecerit fidem et purificationis unda labacrum sanctum suscepit, quidquid eodem tempore in omnibus rebus probatur habere, remota cunctorum molestia, ut vere fidelis sibi perpetim vindicet<sup>†</sup>. Hoc vero edictum infra diem kalendarum proxime succendentium Iuliarum<sup>1</sup> inplere cunctos per nostras a Deo conlatas regiones modis omnibus premonemus. Quibus 15 evolutis kalendis, apud quemlibet Hebreum christianum fuerit reppertum mancipium, medietas facultatis Hebrei huius fisco subiaceat, et liberto redditio, qui per suam prodictionem fuerit apud eum reppertus, nihil sibi Hebreus de persona eius vel peculio ultra defendat. Hanc vero legem, quam pietatis et religionis amore concepimus pro nostro populique nostri remedio, in perpetuum suffragante autore Domino valitaram 20 esse censemus. Successores quoque nostros legis huius instituta servantes victrix Christi victores faciat dextera, et eius solium in veritate conroboret, cuius in hoc fidem inspexerit divina clementia. Et licet huius legis prolatam sententiam a nemine temerari posse credamus, audacia tamen transgressoris et non venerabiliter conservantis<sup>2</sup>

<sup>†)</sup> *V 8 add.: possessurus simul cum hereditate suorum genitorum adfutura.*

25

**XII, 2, 14.** l. 1. aumento *R 1.* || l. 2. sibimet vendicet *V 1.* Ebreorum *R 2.* *E 2.* || l. 3. conubiis] *ita R.* *E 2.*; cenobiis *E 1.*; connubiis *cett.* || l. 4. hii] *ita R.* *E 1.*; his *E 2.*; hi *cett.* ritu] *ita R.* *E 1.*; rito *E 2.*; ritum *cett.* Hebreorum] *Iudeorum R 2.* stare] istare *R 1.* || l. 5. fidem — perenniter remanere (*l. 10.*) des. spatio vacuo relicto *R 2.* in] et in *E 1.* conventu] *ita R 1.* *V 5.*; cetu *E 2;* coetu *cett.* l. 7. servituri deest *V 16.* subdant[ur — elegimus] uncis inclusa abscisa des. *R 1.* subdantur] tradantur 30 *E 1.*; sunt dantur al. m. corr. utantur *E 2.* conubia] *ita E.* *V 1.*; (deest *R 1.* 2); connubia *cett.* perversa] perbenta *E 2.*; preventa *E 1.* Pith. || l. 8. supplacuerit *R 1.* infidelij] *ita R 1.* *E 2.*; infidelis *cett.* perversant *E 1.* || l. 9. distulerint noverint *E 1.* divisum adque divisam] divisum adque divisa *R 1.* divisum atque divisum *V 1.*; divisum atque *V 5.*; divisum atque divisum *Mad.* || l. 10. permanere] *ita R.* *E.* *V 1.* 5. 13. 15. 16. 18. *Pith.*; mansurum *Mad.* || l. 11. Ebreorum *R 2.*; ab Hebreorum *V 1.* *Pith.*; 35 ab Hebreis *V 5.* || l. 12. unde *E 2.* lavaacrum *E 1.* *V.* sancti *R 1.* quiequid ei *V 1.* de eodem tempore *E 2.* || l. 13. perpetui] in perpetuum *V 16.* vendicet *V 1.* || l. 14. diem] die *R 1.*; dies *E 2.* l. 15. cuntas *V 1.* permonemus *E 1.* *V 1.* *Pith.* || l. 16. evolutis *R 1.*; revolutis *E 2.* *V 1.* 6. Hebreum] *ita R 1.* *E 2.* *V 1.*; Ebreum *R 2.*; Hebreorum *cett.* || l. 17. facultatis] facultas *R 2.* *E 2.* Ebrei *R 2.* liberto] *ita R 1.* *E.* *V 1.*; libero *cett.* || l. 18. Ebreus *R 2.* || l. 19. Hanc — copiosa proveniat (in fine 40 capit) des. *V 1.* vero] ergo *E 1.* *Pith.* || l. 20. suffragantem *R 1.* autore] *ita R.*; auctore *cett.* valitura *R 1.* || l. 21. instituta] instituti *E 1.* in statuta *R 2.* || l. 23. fide *R 1.* prolata sententia *R 1.* a nemine] minime *R 2.* || l. 24. transgressoris] transgressionis *E 2.* conservantis] conversantis *E 1.* *Pith.*

1) *D. 1. m. Iulii a. p. Chr. 612; cf. supra pag. 420, n. 1.* 2) *Hanc sententiam minus perspicuam et Recessindus et Ervigiis reges ad reges successores legem non conservantes vel 45 eam transgredientes retulerunt. Cf. infra Recessindi legem XII, 2, 15 i. f.; Ervigii tomum concilio Toletano XII. oblatum: si legis illius, quod absit, serenitatis nostrae temporibus illa clarae fidei institutio cesseret, ubi divinae memoriae dominus atque praecessor nostre Sisebutus rex omnes successores suos sub perpetua maledictionis censura obstrinxit, quicunque regum mancipium christianum Iudeo servire vel famulari permiserit, et eiusdem regis legem XII, 3, 12.*

50

**Recc. Erv.]** sit in hoc seculo ignominiosior cunctis hominibus, et vita illius eodem in **XII, 2, 14.** tempore concidat, quo sinistre partis adsensum in tam nefaria volumtate perduxerit detestanda temeritas, tantumque obnoxius in eternum peccatorum mole detineatur, in quantum transgressus fuerit legis huius salubre decretum. Futuri etiam examinis 5 terribile cum patuerit tempus, et metuendus adventus Domini fuerit reservatus, discretus a Christi grege prespicuo, ad levam cum Hebreis exuratur flammis atrocibus, comitante sibi diabulo, ut ultrix in transgressoribus eterna pena deseviat, et locuplex remuneratio christianis faventibus hic et in eternum copiosa proveniat.

**Recc. Erv.] XV. FLAVIUS GLORIOSUS RECESSVINDUS REX.**

**XII, 2, 15.**

**10 De interdicto omnibus christianis, ne quisque Iudeum quacumque factione adque favore vindicare vel tuere pertemtet.**

In conclusionem omnium preteritarum legum, quas ad conterendam perfidiam Iudeorum tam nostra intentio quam predecessorum nostrorum studia decreverunt, oportuit hanc novissime legem ad robور soliditatis adipere et competenti munimento premissa 15 ex ordine roborare. Postquam enim dedimus sacre fidei profanis hostibus competens repudium et cunctis adinventionibus perfidorum posuimus ex obvio terminum, debite compulsi sumus, et ea, que concreta sunt, solidare, et que consolidata sunt, puleritudine venustare, ut, quantum artifex vivacius expresserit ingenium cogitationis in arte, tanto vigore simul et decus adsumat qualitas forme. Ne ergo quibuscumque adinventionibus 20 calliditas Iudeorum, indesinenter persequenda conatu, subrepatur obtate profana iura licentie, hoc providenter legis huius decernitur sanctione, ut nullus de religiosis cuiuscumque hordinis vel honoris seu de palatii mediocribus adque primis vel ex omnibus cuiuslibet qualitatis aut generis a principum vel quarumcumque potestatum aut obtineat aut subrepatur animis, Iudeos sive non baptizatos in sue observationis detestanda fide 25 et consuetudine permanere, sive eos, qui baptizati sunt, ad perfidiam ritumve pristinum quandoque redire. Nullus sub patrocinii nomine hos pro sue pravitatis licentia

**XII, 2, 14. l. 1. in temp.] in deest R 2. E 2. V 5. || l. 2. quo] quod R 2. E. V 5. Pith. nefaria] eum add. R 2. E 1; cum add. E 2. Pith. || l. 4. transgressor R 1. || l. 5. tempus R 1. reservatus] referatus E 1; reseratus V 5. Pith. || l. 6. prespicuo] ita R. E 1; perspicuo cett. leva R 1. Ebreis R 2. E 2. atrucibus R 1. || l. 7. diabulo] ita R 1. E 2; diabolo cett. ultrix] flamma add. Pith. et eterna R 1. deserbiat R 2. E 2. locuples E 1. Pith.; recipiles R 2. || l. 8. hic et] hinc E 1. copiosa proveniat abscisa des. R 1. proveniat] preveniat E 1; detur Pith.**

**XII, 2, 15. Codd. R 1. 2. E 1. 2. V 1. 5. (6. 8. 15. 16. 17). — l. 9. XV. FL. GL. RECC. abscisa des. R 1. FL. — REX des. V 5. FL. deest V 8. GLOR. deest V 6. 8. RECC.] RECESSVINTHUS 35 R 2; REC E 1; RECDS E 2; RCDS V 1. 17. Pith.; RCS V 8; RCNDS V 15. || l. 10. interdictione E 2. V 1. 5. 16. || l. 11. tuere] ita R 1. E 2; tueri cett. || l. 12. conclusionem R 1. quas] que E. V 1. conterenda perfidia R 1. || l. 13. intentione V 1. predecessorum R 1. istudia E 2. || l. 14. novissimam V 16. robور] ita R 1. E 2; rubor R 2; robur cett. soliditates R 1. monumento E 2. || l. 15. hostibus sordibus V 1. || l. 16. adinventionibus] inventionibus Pith. in textu (adinv. in margine). posuimus ex 40 obvio] p. exoriri E 1. Pith.; p. exolbi E 2; p. exolvi V 5; exposuimus solvi V 1. || l. 17. concreta] creata R 2; congregata V 1. solidata R 2. V 1. Pith. puleritudinem R 2. E 2. V 1. || l. 18. quanto] quantum R 1; quanto R 2. vivacibus R 1. cogitantis R 2. artem E 1. Pith. || l. 19. vigore] ita R; vigorem cett. equalitas E 2. V 1. || l. 20. indesinenter V 1. conatus V 1. obtate] ita R; optate E 1; optata E 2. V 16; obtata V 5; optatam Mad.; aptare V 1; aperiens Pith. profana iura] ita E 1. V 16; 45 profane iura R 1; profanat iura R 2; profanare iura E 2. V 1. 5; profano iuri Pith.; profano iure Mad. l. 21. licentiam E 1. Pith. Mad. in legis E 2. V 1. || l. 22. ordinis E. V. palatii] ita R. E. V 1. Pith.; palatinis Mad. || l. 23. a] ita R. E 1; ane E 2; ac cett. optione obtineat V 16. || l. 24. subrepatur] subpremat E 1. animis] ita R. E. V 1; animos Pith. Mad. sive baptizatos] sive non baptizatos sive baptizatos Mad. || l. 25. perfidiam ritumve] perfidie ritum vel R 2. || l. 26. redire] redisse R 2. 50 hos] eos E 1. Pith.**

**XII, 2, 15.** *Recc. Erv.]* conetur in quippiam defensare. Nullus quocumque argumento aut factione illis hanc defensionem conetur inpendere, per quam liceat eis obvia sancte fidei et christiano contraria cultui palam aut occulte aliquatenus adtemtare, nequiter proferre vel tangere. Quod si quispiam hec presumserit temerare, si episcopus fuerit aut etiam ex ceteris clericis adque religiosis vel certe ex cunctis laicis quisque deprehensus extiterit, a conventu catholicorum seclusus, excommunicatione ecclesiastica feriatur et quarte partis omnium bonorum suorum amissione multabitur, que fisco non dubie quamtotius conectetur. Dignum etenim est eos aliquandiu a fidelium Christi societate divelli et rerum damno multari, qui adponunt Christi amorem et veritatis speciem consensu inimicorum eius detestabiliter impugnare, in regum transgressionibus illa inmobiliter sententia permanente, quam dive memorie Sisebutus rex visus est in huiusmodi actione superiori lege sancsisse<sup>1</sup>.

**XII, 2, 16. Recc. Erv.]**

## XVI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

### De Iudaizantibus christianis.

Sicut deflendum a christianis est eorum scelus, qui in Christo prevaricatores existunt, ita modis omnibus decernendum, ut nullus omnino veniam mereatur, qui a meliori proposito ad deterius declinasse convincitur. Quia ergo crudelis et stupenda presumptio crudeliori debet extirpari suppicio, ideo legis huius edicto decernimus, ut, quicumque christianus hac presertim a christianis parentibus ortus, sexus scilicet utriusque, circumcisions vel quoscumque ritus Iudaicos exercuisse repperitus est vel, quod Deus avertat, potuerit ulterius repperiri, conspiratione et zelo catholicorum tam novis et atrocioribus penis afflictus morte turpissima perimatur, quam orrendum et execrabile malum est, quod ab eo constat nequissime perpetratum. Eorum vero bona sibi procul dubio fiscus adsummat, si heredes vel propinquos talium personarum facti huius error consentiendo conmaculet.

25

XII, 2, 15. *l. 1.* in quippiam — conetur *des. R 2.* defensare] *ita R 1. E. V 1. 8. 15. 16. Pith. (deest R 2); defendere V 5. Mad.; vel patrocinare add. V 1. 5. 8. aut] ad R 1. || *l. 2.* hanc] ac V 1. defensione *R 1. V 1.* obvia sancte] *ita R 2. E 1. Pith.;* obviasse *R 1;* obviam sancte *cett.* || *l. 3.* contrario *R 1. E 1.* palam aut occulte] *pala aut occultare R 1.* proferre] ferre *R 2;* perferre *V 1.* *l. 4.* hec *deest R 2.* temerare] *temperare E 2;* temptare *R 2. V 8;* temptare *V 1. 5. 8.* || *l. 5.* quisque] *ita R. E. V 1;* quisquis *Mad.* || *l. 6.* convento *R 1.* et excom. *E 2 (et al. m.). V 1. Pith.;* excom. *cett.* excommunicatione] *ita R 1. E 2;* excommunicatione *cett.* ecclesiastica] *eclesie R 1;* canonica *V 16.* || *l. 7.* feriatur] *feriatur R 2. E.* || *l. 8.* dubiet *R 1.* quamtotius] *ita R;* quantocius *E 2;* quantocius *cett.* conectetur] *ita E. V 1;* quonectetur *R 1;* conceteris *R 2;* connectetur *cett.* est *deest R 1.* aliquamdiu *V. a]* ad *R 1.* || *l. 9.* develli *V 1.* damnum *R 1;* damna *E 2.* qui adponunt] *quia 35 obponunt V 1.* || *l. 10.* consensum *R 1. E 2.* impugnare — inmobiliter *des. R 2.* in] et in *Mad.* regum] *ita R 1. E 1. V 1. 5. 6;* regnum *E 2;* (*deest R 2;*) legum ut videtur ex emendatione *Pith. Mad.* transgressoribus *V 16.* || *l. 11.* sententiam manente *R 1.* quam dive] *quam diu bone V 5;* quam diu piae *Pith.* || *l. 12.* superiore lege *E 1;* superioris leges *E 2.* sancsimus *E 2.**

XII, 2, 16. *Codd. R 1. E 1. 2 (usque ritus, reliqua des.), V 1. 5. (6. 15). — l. 13. XVI] XVII 40 V 1. 5. 6. *Pith. Mad. FL. — REX des. Mad. CHINDS R 1; QUINTASVINTUS E 2; CIN E 1; GLS CIN Pith. in textu; RCDS V 1. 6. Pith. in margine; GLS RCDS V 5.* || *l. 17.* preposito *R 1. E 2.* declinare *E 2. V 1.* || *l. 18.* stirpari *V 1.* edicto] *edicto R 1;* *deest V 1.* || *l. 19.* hac] *ita R 1. E 2;* ac *cett.* || *l. 20.* ritos *E 1.* || *l. 21.* avertat] *aufera V 1. 6.* reperire *E 1.* conspirationem *V 1.* et zelo] *ęcęlo R 1.* || *l. 22.* novis] *nobis R 1.* atrocioribus] *ita R 1;* atrocibus *cett.* orrendum] *ita R 1. V 1;* horrendum *cett.* *l. 23.* hab *E 1.* || *l. 24.* si] *sive V 1;* sine *V 15.* || *l. 25.* conmaculat *E 1. V 1.**

1) Cf. XII, 2, 14 et p. 422, n. 2.

Recc. Erv.]

XVII.

XII, 2, 17.

## Placitum Iudeorum in nomine principis factum.

Clementissimo hac serenissimo domino nostro Reccessvindo regi omnes nos ex Hebreis Toletane civitatis\*, qui infra suscripturi vel signa facturi sumus. Bene 5 quidem hac iuste dudum nos meminimus compulso fuisse, ut placitum in nomine dive memorie Chintilani regis pro conservanda fide catholica conscribere deberemus; sicut et fecimus. Sed quia et perfidia nostre obstinationis et vetustas parentalis erroris nos ita detinuit, ut nec veraciter Iesum Christum dominum crederemus nec catholicam fidem sinceriter teneremus, idcirco nunc libenter hac placite ispondimus glorie vestre, 10 tam pro nobis quam pro uxoribus et filiis nostris, per hoc placitum nostrum, ut deinceps in nullis observationibus, in nullis usibus Iudaicis misceamur. Iudeis etiam non baptizatis nullo penitus execrando consorcio sociemur. Non more nostro propinquitate sanguinis usque ad sextum gradum incestiva coniunctione vel fornicatione iungamur. Non coniugia ex genere nostro aut nos aut filii nostri vel nostra posteritas 15 nullatenus sortiamur, sed in utroque sexu deinceps christianis iugali copula conec-tamur. Non circumciones carnis operemur. Non Pasca et sabbata ceterosque dies festos iuxta ritum Iudaice observantie celebremus. Non escarum discretionem vel consuetudinem teneamus. Non ex omnibus, que Iudeorum usus et abominanda con-suetudo vel conversatio agit, aliquatenus faciamus; sed sincera fide, grato animo, 20 plena devotione in Christum filium Dei vivi, secundum quod evangelica et apostolica tradicio habet, credamus adque hunc confitemur et veneremur. Omnes etiam usus sancte christiane religionis tam in festis diebus vel in coniugiis et escis quam in observationibus universis veraciter teneamus et sinceriter amplectamur, nullo reservato apud nos aut oppositionis obiectu aut fallacie argumento, per quod aut illa, que facere 25 denegamus, iterum faciamus aut hec, que facere promittimus, minime vel non sinceriter compleamus. De suillis vero carnibus id observare promittimus, ut si eas

\*) E 2. V 1. 5. 6. 8. 17. Pith. addunt: adque Spanie glorie vestre.

XII, 2, 17. Codd. R 1. 2 (usque Pasca et sabbata *infra l. 16*). E 1. 2. V 1. 5. 6. (8. 15. 16. 17. 19). — l. 1. XVII] XVI V 1. 5. 6. Pith. Mad. || l. 3. hac serenissimo des. R 2. haec] ita R 1. E 2. V 6; ac cett. Reccesvindo R 1; Reccesvintho R 2; Reccesvinto E 1; Recessvinto E 2; Recessvinto V 15; Recessvindo V 1; Recessvindo V 6. 19. ex Hebreis] ex Ebrei R 2; ex Ebro E 2; Hebreo E 1; Hebrei V 15. 16. 17. 19. Pith. || l. 4. Toletane] letane E 1. suscripturi] ita R. E 2; subscripturi cett. l. 5. quidem] quidam E. hac iuste dudum] ita R 1. E 2; ac iuste R 2, ubi dudum — placitum desunt; ac iuste dudum E 1. V 1. 5. 8. 16. 17. Pith.; hac iuste (dudum *om.*) V 6; hactenus Mad. || l. 6. Chin-tilane R 2; Chintilani V 6; Chintillani V 1; Cintilani V 16; Cintilianii V 19; Cintillani V 5. conscribere deberemus] conscriberemus R 2. sicuti R 2. || l. 7. Set R 2. E 2. et] hec R 1; deest V 1. obstinationis] ita R. E 1. V 1. 5. 6. 8. 15. 16. 19. Pith.; ordinationis E 2; observationis Mad. || l. 8. Iesum Chr. dominum] in domini nostri Iesum Christum R 2; in I. Chr. E 2. V 1. 5. 6. Pith. || l. 9. sincere Pith. hac] ita R 1. E 2; et R 2; ac cett. ispondimus] ita R 1; hispondimus E 2; spondimus E 1; 40 spondemus cett.; spospondimus V 1; spopondimus V 6. Pith. || l. 11. nullis incestiva usibus E 1; nullis incestivis usibus Pith. misceamus E 1. Pith. Iudeis — sociemur des. R 2. || l. 12. non] nobis E 1. Pith. consociemur E 1. aut more V 1. propinquitate] ita R. E 1. Pith.; propinquitatem V 1; propinquitates E 2; propinquitati Mad. || l. 13. incestiva pollutione in coniunctione E 1. Pith. l. 14. iungamus R 1. || l. 15. sortiamur] sociamur R 2. iugali] coniugali E 2. copula] ita R. E 1. 45 Pith.; copulatione cett. conectamur] ita R 1. E 1. Pith.; nec tam cett. || l. 16. circumciones] circumcitione R 2; circumcisionem E. Pith. sabbata] reliqua desunt R 2. || l. 17. discretione R 1. || l. 21. hunc deest V 1. veneremus R 1. || l. 22. coniugiis] conviviis R 1. || l. 23. sinceriter] ita R 1. E. V 1. 5. 6. 8. 15. 16. Pith.; simpliciter Mad. reservato] ita R 1. E. V 5. 6. 8. 15. Pith.; reserva V 1; observato Mad. || l. 24. argumentum V 1. illa] alia R 1. || l. 25. aut] ita R 1. E 1. V 1; vel cett. || l. 26. suinis 50 suinis V 5. || l. 27. adque] ita E 2; atque cett. Spanie] ita E 2. V 6; Ispanie V 5; Hispanie V 1. 8. 17. Pith.

**XII, 2, 17. Rec. Erv.]** pro consuetudine minime percipere potuerimus, ea tamen, que cum ipsis decocta sunt, absque fastidio et orrore sumamus. Quod si in omnibus, que supra taxata sunt, in quocumque vel minimo transgressores inventi fuerimus, aut contraria christiane fidei agere presumserimus, aut que congrua catholice religioni promisimus verbis aut factis inplere distulerimus, iuramus per eundem Patrem et Filium et <sup>5</sup> Spiritum sanctum, qui est unus in trinitate Deus: quia qui ex nobis horum omnium vel unius transgressor inventus fuerit, aut a nobis ignibus vel lapidibus perimatur, aut, si hunc ad vitam glorie vestre reservaverit pietas, mox amissa libertate tam eum quam omnem rei ipsius facultatem cui elegeritis perenniter deservienda donetis, vel quidquid ex eo aut rebus eius facere iusseritis, non solum ex regni vestri potentiam, <sup>10</sup> sed etiam ex huius placiti nostri sponsione potestatem liberam habeatis.

Facto placito sub die duodecimo kalendas Martias, anno feliciter sexto regni glorie vestre<sup>1</sup>, in Dei nomine Toleto.

#### EXPLICIT.

**Reliqua omnia formae Recessvindianaæ desunt.]**

15

**XII, 2, 18. Nov.]**

#### FLAVIUS GLORIOSUS EGIGA REX.

##### De perfidia Iudeorum.

Dum sacris edoceamur edictis, ut sive<sup>2</sup> per occasionem seu per caritatem, tantum ut Christus Dei filius nuncietur, oportunum satis est et ad fidem christianam conveniens, ut, sicut fideles trahimus libertatis ad gratiam, ita <sup>20</sup> infideles provocemus ad vitam, quod et fides Christi in nobis aucta finibus crescat, et Iudeorum prevaricatrix actio evulsa funditus subruat. Proinde devociose mentis decreto censemus, ut quicumque deinceps ex perfida Hebreorum plebe, vir seu femina, ad catholice fidei rectitudinem per veram conversationem sive professionem redierit omnemque suorum rituum errorem <sup>25</sup> vel ceremonias abnuens christianorum more tramitem vite sue duxerit, ab omni liber maneat onere functionis, quam pridem, Iudaismo consistens, publicis utilitatibus usus fuerat persolvisse; ita videlicet, ut illis exsolutionibus eius functio crescat, quos adhuc detestande incredulitatis fuscat nequitia et parentalis error manifestus retentat. Iniustum namque est illos censionis <sup>30</sup>

XII, 2, 17. l. 1. que cum] quarum R 1. || l. 2. fastidium R 1. orrore] ita R 1; errore E 2. V 1; horrore cett. sumamus] et comedamus add. V 1. Pith. Mad. in his omnibus E. || l. 3. minime V 1. transgressi R 1. aut] et V 1. 6; et aut Pith. contraria — fidei] contra christianam fidem V 1. 5. 6. || l. 4. que — promisimus] congrue observari catholice fidei religionis que promisimus V 1. || l. 6. unus in trin. Deus] unus in trinitate et verus Deus V 1. 6. 8. Pith.; in trin. unus et verus Deus V 5. quia qui] qui R 1; quia E 2. V 1; quia si E 1. horum] orum R 1; deest V 1. 5. 6. Lind. omnium] omnibus V 5. Lind. || l. 7. fuerit deest R 1. nobis] aut a filiis nostris add. Mad. l. 8. hunc] eum V 1. || l. 9. elegeritis] volueritis E 1. deservienda] ita R 1. E 1; serviendum V 1. 5; possidendam V 16; deserviendum cett. || l. 10. aut ex rebus] aut rebus R 1. facere] fieri Pith. iusseritis] ita R 1. E. V 1. 5. 16. Pith.; volueritis Mad. potentiam R 1. || l. 11. nostri deest E 2. Mad. 40 l. 12. Facto placito] ita R 1. V 19; Factum placitum cett. duodecimo] ita R 1. E; XII V 1. 6. Pith. Mad. kalendarum Martiarum V 1. Mad. || l. 14. EXPLICIT praebet solus R 1.

XII, 2, 18. Codd. V 9. 16. (17). 20. (V 16 et 20: Mad.). — l. 16. FL. GL.] FLS GLS V 17; des. cett.; EGICA Mad. || l. 18. Dum] ita V 9; Quam Mad. || l. 19. ut] deest Mad. || l. 21. provocamus V 9. et quod Mad. || l. 23. devociose] ita V 9; devotione Mad. || l. 25. prof.] per confessio- 45 nem V 16. omnemque] idemque V 20. suum ritum V 16. || l. 30. retemptat V 9.

1) D. 1. m. Martii a. p. Chr. 654. 2) Cf. Philipp. 1, 18.

**Nor.]** onere pregravari vel Iudaicis amplius indictionibus implicari, qui iugum XII, 2, 18. Christi dulce eiusque onus leve per dignam conversationem noscuntur excipere. Quibus etiam veram fidem perfecte credentibus erit omnimode licitum mercandi usu properare ad cataplum et cum christianis agere christiano more commercium; ita ut, si quilibet christianus de illorum conversatione incognitus quodcumque de ipsis emere voluerit, non aliter ei licebit, nisi prius ex toto christianum se esse dixerit eique coram testibus orationem dominicam vel simbolum recitaverit apostolorum et christianorum cibos, ut veri christicole, sumpserit vel libenter acceperit. Quod si quispiam de eisdem sancte fidei conversis prevaricator extiterit, cum omnibus rebus suis est fisco perpetim addicendus. De ceteris vero Iudeis, qui, in perfidia cordis sui perseverantes, ad catholicam fidem converti neglexerint, hanc legis sententiam decrevimus promulgari: scilicet ut nec ad cataplum pro transmarinis commerciis faciendis ulterius audeant properare nec cum christianis quodcumque negotium palam vel occulte peragere; sed tantum inter se ipsi habeant licentiam propria commercia diffinire ac more solito sui census impensionem vel eorum, qui conversi fuerint, exsolutionem de rebus propriis debeant fisco persolvere; et tam mancipia quam edificia, terras, vineas atque etiam oliveta vel alias quascumque res immobiles, quas a christianis venditionis causa vel quibuslibet aliis modis accepisse noscuntur, quamvis iam multa annorum curricula effluxissent, redditio tamen illis propter ea de publico pretio, totum fisci erit viribus sociandum, ut, cui hoc regia potestas donare elegerit, libero perfruatur arbitrio. Nam et quicumque de eisdem Iudeis in infidelitate perdurantibus ad cataplum ire presumpserit, aut cum quilibet christiano aliquod commercium egerit, cum omni ambitione rerum suarum obiurgatus perpetim fisco erit servitus. Omnes vero christianos admonemus et sub divini nominis adiuratione testamur per eum, cuius redempti sanguine sumus, ut amodo nullus cum eisdem Iudeis in perfidie duritia permanentibus quodcumque commercium agere presumat. Quod si quilibet fidelium talia egerit, si maior potentiorque persona fuerit, tres auri libras fisco persolvat. Si quis quoque amplius ab illis acceperit, quam quod duas rei ipsius quantitates valere constiterit, quidquid supra emerit, triplum de sua facultate una cum pretio, quod dederit, fisci viribus profuturum amittat. De inferioribus vero personis si quis talia egerit, c verberibus vapulabit, et iuxta quod sue habitionis facultas extiterit, ita et principis electione specialis damni iacturam excipiat.

**Erv.] III. TITULUS<sup>1</sup>: DE NOVELLIS LEGIBUS IUDEORUM, QUO ET VETERA CONFIRMANTUR, ET NOVA ADIECTA SUNT.**

I. De commemoratione priscarum legum, que in Iudeorum transgressionibus promulgata sunt, atque de novella confirmatione earum.

XII, 2, 18. l. 5. christianus] christianorum *Mad.* || l. 8. apost. *deest* *V 9.* || l. 11. cetero vero Iudaei *Mad.* || l. 16. definire *Mad.* || l. 21. publico] ita *V 9;* *deest* *Mad.* || l. 25. egerit] elegerit *V 20.* ambitione] ita *V 9;* habitione *Mad.* || l. 27. numinis *V 20.* || l. 30. persona *deest* *V 9.* || l. 32. supra] superius *Mad.* || l. 35. habitionis] ita *codd.*; ambitionis *fortasse emendandum;* cf. l. 25.

45 TIT. III. Lemma. *Codd. E 1. V 1. 5. 6. 8.* — *l. 37. III] III E 1.*  
Index capitulorum. *Codd. E 1. V (5). 8.* — *l. 40. de novella] de deest E 1.*

1) *Leges huius tituli ab Ervilio rege haud ita multum post regnum d. 15. m. Octobris a. 680 susceptum praeparatae et conceptae esse videntur. Rex enim d. 9. m. Ianuarii a. 681*

- Erv.]* II. De blasphematoribus sancte Trinitatis.
- III. Ne Iudei aut se aut suos filios aut famulos a baptisi gratia subtrahant.
- III. Ne Iudei more suo celebrent Pasca vel carnis circumcisions exerceant ac ne christianum quemcumque a fide Christi dimoveant.
- V. Ne Iudei sabbata ceterasque festivitates ritus sui celebrare presumant. 5
- VI. Ut omnis Iudeus diebus dominicis et in prenotatis festivitatibus ab opere cesseret.
- VII. Ne Iudei more suo diiudicent escas.
- VIII. Ne Iudei ex propinquitate sui sanguinis conubia ducant, et ut sine benedictione sacerdotis nubere non audeant. 10
- VIII. Ne Iudei religioni nostre insultantes sectam suam defendere audeant, ac ne a fide nostra refugientes alibi se transducant, et ne quislibet refugientes eos suscipiat.
- X. Ne christianus a Iudeo quodcumque muneris contra Christi fidem accipiat.
- XI. Ne Iudei libros illos legere audeant, quos christiana fides repudiat. 15
- XII. Ne Iudeis mancipia deserviant vel adhæreant christiana.
- XIII. Si se Iudeus christianum esse testetur et ob hoc non velit a se reicere mancipium christianum.
- XIII. Professio Iudeorum, quomodo unusquisque eorum ad fidem veniens indiculum professionis sue scribere debeat. 20
- XV. Conditiones sacramentorum, ad quas iurare debeant hii, qui ex Iudeis ad fidem venientes profesiones suas dederint.
- XVI. De christianis mancipiis Iudeorum, que se non prodiderint christiana, sive de publicatoribus eorum.
- XVII. Ne Iudei a quolibet potestate accepta extra regiam ordinationem 25 christianum quemque imperare, plectere vel distingere audeant.

*l. 2. a] de E 1. || l. 3. Pasca] ita aequa ac supra scripti, quamquam E 1. V 1 et plerique alii codices Pascha praebent. Similiter infra. circumcisionem V. || l. 4. dimoveant] dimoneant V 5; dimoveant V 8; commoveant Mad. || l. 5. ritus sui] ita E 1. V 8; suo ritu Mad. || l. 6. diebus deest E 1. l. 7. cessent V 8. || l. 9. sui deest Mad. ut deest V 8. Mad. || l. 11. audeant — refugientes] conantes 30 Mad. || l. 12. a deest E 1. nostra refugientes] rea fugientes E 1. et ne] et deest E 1. Mad. || l. 13. eos deest Mad. || l. 14. muneris] munus Mad. contra Christi fidem] sibi patrocinari V 8. || l. 20. conscribere V 5. 8. || l. 21. sacramentorum] ita V 8; Iudeorum cett. Iudeis] ita V 8; eis cett. || l. 36. XVI. De christ. — eorum des. V 8. || l. 26. quemque] ita E 1. V 8; quemquam Mad.*

*tomum suum proposuit concilio XII. Toletano, in quo legimus: Iudeorum pestem, quae in novam 35 semper recrudesceit insaniam, radicitus extirpate. Leges quoque, quae in eorundem Iudeorum perfidiam a nostra gloria noviter promulgatae sunt, omni examinationis probitate percurrite et tam eisdem legibus tenorem inconvulsu adicite, quam pro eorundem perfidorum excessibus complexas in unum sententias promulgare. Concilium autem propositas sibi leges comprobavit et seriem rubricarum earum subsequentem in can. 9. recepit. Quae leges novae tertio die post 40 concilium consummatum, sc. d. 27. m. Februarii, Iudeis civitatis Toletanae, ut refert clausula titulo subiecta, pronuntiatae sunt, vigorem habiturae, ut effici videtur ex c. 12, inde a die kal. Febr. Postea receptae sunt in legum codice reviso, quem Ervigius sub fine anni primi regni sui edidit. Auctor huius tituli, haud dubie clericus, praeter leges antiquiores mundanas de Iudeis editas etiam canones 59—64 concilii Toletani IV. ante oculos habuit.* 45

- Erv.]* XVIII. Ut Iudeorum servi needum adhuc conversi, si ad Christi gratiam con-volaverint, libertate donentur.
- XVIII. Ne Iudei administratorio usu sub ordine vilicorum atque actorum christianam familiam regere audeant; et de damnis eorum, qui his talia ordinanda in-junxerint.
- 5 XX. Ut Iudeus ex aliis provinciis vel territoriis ad regni nostri dicionem per-tinentibus veniens episcopo loci vel sacerdoti se presentare non differat; vel quid huic in toto observare conveniat.
- XXI. Qualiter concursus Iudeorum diebus institutis ad episcopum fieri debeat.
- 10 XXII. Ut quicumque Iudeum secum obsequentem habuerit, expetente sacerdote eum apud se retinere non audeat.
- XXIII. Ut cura omnis distringendi Iudeos solis sacerdotibus debeatur.
- 15 XXIII. De' damnis sacerdotum vel iudicium, qui in Iudeos legum instituta ad-implere distulerint.
- XXV. Ne iudices quicquam de perfidorum excessibus extra sacerdotum conibentiam iudicare presumant.
- XXVI. Ut episcopi tunc inmunes habeantur a damnis, cum eorum presbiteri ea, que ipsi non correxerunt, ad eos non remiserint corrigenda.
- 20 XXVII. De reservata principibus miserendi potestate in his, qui conversi ad fidem Christi veraciter fuerint.
- XXVIII. Ut episcopi omnes Iudeis ad se pertinentibus libellum hunc de suis editum erroribus tradant, et ut professiones eorum vel conditiones in scriniis ec-clesie condant.

*Erv.]*

## I. IN NOMINE DOMINI.

XII, 3, 1.

FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

De commemoratione priscarum legum, que in Iudeorum transgres-sionibus promulgata sunt, atque de novella confirmatione earum.

Perfida Iudaici erroris sepe callidas eo vehementius durescit in crimine, quod institutis contra se legibus nititur frequentius contraire. Et ideo, licet posituri tot tantisque eorum erroribus novitatis ordine leges, libet tamen illas primum a dominis et predecessoribus nostris promulgatas in eorum transgressione constitutiones<sup>1</sup> intendere et ordinatim precedentium edicta retexere, ut ex hoc conlata cum veteribus nova et

*l. 1. si deest E 1. V 8. || l. 3. vilicorum] ita E 1; vilicorum cett. christianam familiam] christiana mancipia V 8. || l. 8. observari V 8. || l. 9. in diebus Mad. || l. 13. Iudeis instituta legum E 1. l. 15. quicquam] ita E 1. V 8; quicumque Mad. conibentia V 8. || l. 17. episcopi] omnes add. V 8. Pith. tunc deest Mad. cum eorum] eorum quum Mad. presbiteri] p̄tros E 1; p̄tros V 8. || l. 19. ser-vata V 8. Mad. ad f. Chr. conversi Mad. || l. 21. omnibus Mad. || l. 22. ut] cui E 1. || l. 23. con-dant] recondant Mad.; condantur Pith.*

*XII, 3, 1. Codd. E 1. V 1. 5. (6). 8. (9. 10. 16. 20). — l. 24. IN N. DOM. des. V 1. 5. 40 l. 25. FL. — REX des. V 5. GLOR. deest V 1. || l. 28. Perfidiam V 8; Perfidia V 10. sepe] atque V 10. quod] ita E 1. V 6. 8; quo cett. || l. 29. licet deest Pith. posituris pro tot V 8; positu-simus tot Mad.; posituri simus pro tot V 10. || l. 31. praedecessoribus Mad. promulgatas] dictas promulgare et Mad. transgressionibus V 8; transgressionem Mad. intendere et] intenderet E 1; et deest Mad. || l. 32. et ordinatim] et ordinatum V 8; ordinatimque nos Mad. edicta] edictum V 8; 45 oportet add. Mad. et vetera des. Mad.*

*1) Tit. 2. huius libri.*

**XII, 3, 1.** *Erv.] vetera in his, que decenter sunt edita, confirmentur, ut condecet, et nova sic ordinentur, ne preterita citra rationem videantur confundere, quo uniformis membra consago, ex utrisque legibus ordinata, clara hic iustitie manifestatione eluceat. Sicque quid in preteritis legibus confirmatione sit dignum, quidve novitatis edicto inconclusibile censeatur, eo luce clarius pateat, quo complexa hic ex utrisque veritas extiterit declarata. Et ideo in eisdem precedentium legum statutis reperimus legem<sup>1</sup>, que de omnium heresum erroribus abdicandis promulgata consistit; in qua lege id adiciendum emendandumque evidens ratio persuasit, ut, si cuiuslibet heresis permotus quisque insania contempserit ipsius legis in aliquo instituta, cuiuscumque sit generis ordinisve persona, si publica perversum dogma defensione vindicare voluerit, sub arduo erit 10 penitentie exilio religandus, eius quoque bona in principis potestate consistant; qualiter, si ipse perversi erroris sectator corrigi usquequa destiterit, et ille ab exilio nullo modo revocetur erumna, et res eius, cui eas princeps conferre voluerit, inconvulse deserviant. Ceterum si quis, ignorantie precipitio deditus, cuiuslibet erroris sectari aut corde tenuerit aut verbis vindicare voluerit vel factis quibuslibet ostendit, ad episcopum loci vel quemlibet sacerdotem se instruendum remittat, qualiter ab eo una cum consensu metropolitani formulam recte institutionis accipiat. Iam vero, si ab his hereticis quisquis ille commonitus vel instructus se distulerit corrigi, superioris sententia iacturam ordine superius adnotato sustineat; id est, que in illis est lata, qui publica defensione adversam nostre fidei vindicaverint sectam<sup>2</sup>. Denique 20 ab hinc speciales relature sunt leges, que in Iudeorum sunt transgressionibus posite, id est de<sup>3</sup> datis et confirmatis legibus supra Iudeorum nequitiam promulgatis, sive de<sup>4</sup> cunctis Iudeorum erroribus generaliter extirpandis, et ne<sup>5</sup> Iudei more suo celebrent Pascha, neque<sup>6</sup> ut more suo fedus nuptiale copulare presumant, et ut<sup>7</sup> carnis circumcisions non faciant, neque<sup>8</sup> more suo iudicent escas, ac ne<sup>9</sup> questione 25 christianos inscribant, neque<sup>10</sup> contra christianos testificantur, et ne<sup>11</sup> Iudeus christianum mancipium circumcidat; de<sup>12</sup> mancipliis quoque christianis, que a Iudeis vendita aut*

XII, 3, 1. *l. 1. decenter] dicentes E 1; dicente V 6; recenter Pith. et nova] similiter et nova Mad. || l. 2. sic] hic V 10. ne] nec E 1. ratione V 1. 6. 8. evideantur E 1. quo] ita E 1, V 5; quod V 1. 6. 8; et Mad. || l. 3. ex utrisque] utraque Mad. Sicque] Si V 6. 9. 20. Pith. || l. 4. quid] 30 quod V 1. 6. 8. 9. 20. Pith. edictu E 1. Pith. || l. 7. abdicandis] abdicatis Mad. consistit] ita E 1. V 1. 5. 6. 8. 9. 10. 16. Pith.; confulsit Mad. qua] quali E 1. || l. 8. emendandumque] et emendandum V 1. 6. evidens] quotquot evidens V 1; quoque evidens V 8; quicquid evidens V 6. hereses E 1. l. 9. ordinisvae E 1; ordine seu V 8; deest Mad. || l. 10. personal] prosapia V 10. dogma] dogmatum V 1. 8. sub ardua erit poena religandus Mad. || l. 11. eius quoque] eiusque Mad. || l. 12. qualiter] 35 et Mad. corrigere Pith. Mad. || l. 13. exilio — erumna] exilio — revocetur. Nam Mad. || l. 14. precipitatio V 6; precipitationi V 10; cecitati Mad. || l. 15. aut corde] ex corde Mad. aut verbis] et verbis Mad. vindicare] iudicare V 20. || l. 16. vel ad quemlibet Mad. instruendum] instituendum V 10. remittat] ac quae sancta sunt praebat add. Mad. || l. 18. corrigi] corrindum Mad. l. 19. superioris] superiori E 1. adnotatam V 1; adnotata V 8. id est que] ita V 5. 8. Mad.; idque 40 E 1. V 6. Pith.; idemque V 1. in illis] illis Mad. || l. 20. latum V 6. Pith. in publica Mad. vindicaverint] iudicaverint Pith. || l. 21. speciales] specialis V 1; specialiter Mad. relature sunt] latae sint V 10; relaxatae sint Mad. || l. 22. datis] latis V 5. || l. 23. generaliter extirpandis et] amputandis. Ita vero Mad. || l. 24. ut more] ut deest Mad. || l. 25. circumcisionis V 1; circumcisionem Mad. iudicent] ita E 1. V 8. Pith.; diiudicent cett. ac ne questione] nec contra Mad. || l. 26. testificantur] 45 testificari praesumant Mad. || l. 27. de man. q. christianis] Mancipia quoque christiana Mad. aut vendita Mad.*

1) XII, 2, 2. 2) XII, 2, 15. 3) XII, 2, 3. 4) XII, 2, 4. 5) XII, 2, 5.

6) XII, 2, 6. 7) XII, 2, 7. 8) XII, 2, 8. 9) XII, 2, 9. 10) XII, 2, 10.

11) XII, 2, 12. 12) XII, 2, 13.

*Erv.] libertati tradita esse noscuntur, qualiter statum libertatis obtineant, et ut<sup>1</sup> nullo XII, 3, 1. modo Iudeis mancipia deserviant christiana; de<sup>2</sup> interdicto quoque omnibus christianis, quo prohibetur, ne quis Iudeum quacumque factione atque favore vindicare vel tueri pertemptet, atque de<sup>3</sup> Iudaizantibus christianis. Harum igitur fortissimarum legum sententias in predictorum Iudeorum perfidiam promulgatas, exceptis duobus subter adnexis capitulis ceterisque aliis, que contraria inveniuntur et iustitie regulis et his institutionibus nostris, omnia, ut dictum est, iugi temporum eternitate valitura censemus et inrevocabili gloriose serenitatis nostre oraculo confirmamus atque in tantum eis consultum valetudinis robore celebriori porrigitur, in quantum nil repugnans habuerint cum his, que novitatis nostre nunc sententia definimus. Nam in quibusdam ipsis legibus, quod nobis inconveniens videtur atque contrarium, et duo interim inter cetera repugnantia rationi vel institutioni nostre capita continet; que, licet tempta usque hactenus nullo modo tradantur, nullius tamen vigoris deinceps valetudinem retinebunt. Illa siquidem in his sententiis prima est, per quam Iudeis datur execranda licentia manumittendi christiana mancipia<sup>4</sup>. Secundum sane capitulum non solum reprehensibile nobis videtur, sed impium, ubi totius universitas culpe ad unius redigitur damnationem vindicte<sup>5</sup>. Nam quedam leges sicut culparum habent diversitates, non ita discretas in se retinent ultiōes, sed permixta scelera transgressorum ad unius remittuntur legis penale iudicium; nec secundum modum culpe modus est adhibitus pene, cum maior minorque transgressio unius non debeat multationis predamnari suppicio; presertim cum Dominus in lege sua precipiat: 'Pro<sup>6</sup> mensura peccati erit et plagarum modus'. Unde lex ipsa, que inscribitur De<sup>7</sup> pena, qua perimenda sit transgressio Iudeorum, quia Deus mortem non vult<sup>8</sup> 'nec<sup>9</sup> letatur in perditione vivorum', pro eo, quod in se peremptionis continet morientium<sup>10</sup>, in nullo vere vale- tudinis retinebit statum. Proinde iam nunc ad obterendum malitie caput, ad necandum*

XII, 3, 1. *I. 1. esse noscuntur tradita Mad. qualiter deest Mad. obtineant] absque dubio obtineat Mad. || I. 2. christiana deserviant Mad. quoque] quo Mad. || I. 3. quo deest Mad. prohibetur] inhibetur Mad. quis] ita V 1. 8; quisque E 1. Pith.; quisquam Mad. quaecumque] quemcumque Mad. favore] labore V 9. 16. 20. vendicare V 1. vel tueri pertemptet] studeat vel tueri Mad. tuere V 1. 8. || I. 4. de Iudaizantibus christianis] iudaizantes christianos praesumat celare Mad. || I. 5. sententia E 1. Pith. promulgata Pith. || I. 6. adnixis E 1. V 8; adjunctis V 16. et his iustitiae Pith. his] ita E 1. V 8; deest cett. || I. 8. gloriose E 1. || I. 9. repugnans] repugnantie V 1. 6. Mad. habuerunt E 1. || I. 10. nunc deest Pith. sententie V 1. 8. diffinimus V 1. || I. 11. et duo] ita E 1. V 6; hec de suo V 1; hec duo cett. || I. 12. continet] ita E 1. V 6; continentur cett. que licet tempta usque] Quaelibet decretum Mad. temptata V 1. || I. 13. tradantur] ita V 1; deest E 1. V 6. Pith.; credita V 8; credantur V 5. nullius — valetudinem] nullumque vigorem d. valetudinis Mad. || I. 14. si quidem] ita E 1. V 8; quidem cett. execranda] exercenda V 10. 16. 20. || I. 15. manumitti V 8. Pith. sane] namque Mad. reprehensibile — damnationem culpae ad unius redigitur damnationem sed Mad. I. 17. legis E 1. || I. 18. in se des. Mad. || I. 19. remittuntur] permittitur E 1; permittuntur Pith.; remittuntur V 8; revertitur V 6. nec] ne Mad. modus — cum] habeant poenam quam Mad. || I. 21. sua deest Mad. || I. 22. que deest Mad. || I. 23. Deus] Dominus V 9. 16. || I. 24. peremptionis] ita E 1. V 5; peremptionem Pith.; interemptionis terminum V 8; intentionem V 1; pro redemptione V 16; per redemptionem Mad. morientium] ita V 8. 10; morientum V 1; motum V 5; morti E 1; mortis V 6. Pith.; mortuum Mad. vere — statum] se cupit ulcisci vindicte in quo respicit compunctionis mentis future V 8. || I. 25. obterendum] ita V 9. 16; operiendum E 1; adterendum V 6; conterendum V 1. 5. 8. necandum] denegandum E 1.*

1) XII, 2, 14. 2) XII, 2, 15. 3) XII, 2, 16. 4) Cf. XII, 2, 13. 14.

5) XII, 2, 11. 6) Deut. 25, 2. 7) XII, 2, 11. 8) Cf. Sap. 1, 13; Ezech. 18, 23. 32.

9) Sap. 1, 13. 10) Cf. Ezech. 18, 32: Nolo mortem morientis, dicit Dominus.

**XII, 3, 1.** *Erv.] infidelitatis commentum, ad perimendum profanationis elogium alaci intentione procuram, nisu valide oppugnationis obsistam, fortia in perfidis preceptionum tela obiciam.*

**XII, 3, 2. Erv.]**

## II. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

### De blasphematoribus sancte Trinitatis.

Sicut veritas sacri evangelii predicat, prolatum in fratre contumelii verbum iudicio reum adsignat<sup>1</sup>. Quanto magis peccantem in Spiritu sancto divine animadversionis sententia damnat? quod inremissible et hic et in futuro Salvator ipse denunciat<sup>2</sup>. Et ideo, si quis Christi, filii Dei, blasphemaverit nomen eiusque sacrum corpus et sanguinem aut contempserit sumendum percipere aut perceptum visus fuerit <sup>10</sup> reieceris, vel quamlibet iniuriarum blasphemiam in sanctam dixerit Trinitatem, id est in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, tunc instantia sacerdotis vel iudicis, in cuius civitate, castra vel territorio hoc malum exortum fuerit, blasphemator ipse centenis decalvatus flagellis subiaceat et ardua in vinculis constitutus perpetui exilii conteretur erumna. Res tamen eius in potestate principis redacte manebunt, qualiter <sup>15</sup> in iure eorum, cui eas potestas conferre elegerit regia, inconvulse persistant.

**XII, 3, 3. Erv.]**

## III. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

Ne Iudei aut se aut suos filios vel famulos a baptismi gratia subtrahant.

Cum veritas ipsa petere, querere et pulsare nos doceat<sup>3</sup>, premonens, quod ‘regnum<sup>4</sup> celorum violenti diripient’, in nullo est dubium, quod ille induite gratie munus abhorreat, qui ad eam accedere ardenti animo non festinet. Proinde si quis Iudeorum, de his scilicet, qui adhuc nondum sunt baptizati, aut se baptizare distulerint, aut filios suos vel famulos nullo modo ad sacerdotem baptizandos remiserit, vel se suosque de baptismo substraxerit, et vel unius anni spatium post legem hanc editam

**XII, 3, 1. l. 1.** *commentum] commercium V 9. 16. perimendum] comprimentum V 8. elogium] eloquium V 1. 8. || l. 2.* *procuram — obiciam] consurgere toto procuremus nisu ut valde eorum obpugnacionibus obsistendo fortialiter superemus eorumque tela triumphaliter obiciamus V 8. pro] procurimus Mad. obsistimus Mad. || l. 3. obiicimus Mad.*

**XII, 3, 2.** *Codd. E 1. V 1. (5). 6. 8. (9. 10. 16. 20). — l. 4. FL. — REX des. V 1. Pith. Mad. GLOR. deest V 5. 6. 10. || l. 5. blasphem- pro blasphem- hic et infra V 6. || l. 6. Sicut] Si Mad. veritas] pia veritas V 1. 6. 8; deest V 16. 20. Mad. sacri evangelii textu V 16; in sacro evangelio V 20; in sacri evangelii Mad. predicat] praedicatione dominus Mad. prolatum] promulgatum V 1 et e corr. V 6. fratre] ita E 1. V 1. 8; fratrem cett. contumeliae Pith. || l. 7. Spiritu sancto] ita E 1. V 1. 8; Spiritum sanctum cett. || l. 8. et hic] hic Pith. || l. 10. aut deest Mad. percipere] accipere V 6. l. 13. civitatis V 6. castra] ita E 1. V 1; deest Mad.; castro cett. territorio E 1. ipse deest Mad. l. 14. decalvatus flagellis subiaceat et] flagellis suscipiat et subiaceat et decalvatus turpiter V 1; flagellis subiaceat et decalvatus turpiter V 6. 8. perpetui deest Mad. exsilio perpetuo V 9. || l. 15. conteratur V 8. Mad. potestate] ita E 1. V 1. 8; potestatem cett. || l. 16. potestas regia conf. eleg. V 8. regia deest Pith. persistant] permaneant Pith.; existant Mad.*

**XII, 3, 3.** *Codd. E 1. V 1. (5). 6. 8. (9. 10. 16. 17). — l. 17. FL. — REX des. V 1. Pith. 40 GLOR. deest V 6. || l. 18. vel] aut Pith. Mad. a b. gratia] b. gratiae Pith. || l. 19. edoceat Mad. l. 20. diripiunt V 10. || l. 21. munus hoc V 1. 8. accedere] procedere Pith. animo] hic add. V 6. 8. festinet] ita E 1. V 6; festinat cett. || l. 22. adhuc deest Pith. nondum] necdum V 1. 8; nedum V 6. sunt deest V 1. 6. 8. se] si V 1. distulerit V 8. Pith. || l. 23. sacerdote V 6. baptizando E 1. V 6. remiserit] ita E 1. V 1. 8; remiserint cett. vel se suosque de] vel servos quod V 6; quos de Mad. 45 l. 24. substraxerit] reduxerint Mad. spatii V 1. 8; spatio V 9.*

1) Cf. Matth. 5, 22. 2) Cf. Matth. 12, 31. 32. 3) Cf. Matth. 7, 7. Luc. 11, 9.

4) Matth. 11, 12.

*Erv.] quispiam illorum sine gratia baptismi transierit, horum omnium transgressor, XII, 3, 3. quisquis ille repertus extiterit, et centum flagella decalvatus suscipiat et debita multetur exili pena. Res tamen eius ad principis potestatem pertineant; qualiter, si incorrigibilem durior eum ostenderit vita, perpetua in eius, cui eas princeps largiri voluerit, potestate persistant.*

*Erv.] III. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.*

XII, 3, 4.

*Ne Iudei more suo celebrent Pasca vel carnis circumcisions exercant ac ne christianum quemquam a fide Christi dimoveant.*

Si obstinata Iudeorum perfidia non tam figuris quam veritati observantiam legis 10 inpendenter, nunquam glorie Dominum crucifixissent. Pasca<sup>1</sup> enim nostrum immolatus est Christus. Et si cordis nobis circumcisione gauderet, adumbratam illam corporis expoliationem nullo modo in carne exprimeret, propheta dicente: 'Circumcidimini<sup>2</sup> Domino et auferte preputia cordium vestrorum'. Unde nos, non tam figuris pretereuntibus inherentes, sed veritatis promissionibus certiores, id omnino observandum 15 precipimus: ut si quis Iudeorum ritu suo Pasca celebraverit, centenis verberatus flagellis et turpiter decalvatus exilio diutino mancipetur, et res eius fisco adsociande sunt. Illis vero, qui carnis circumcisions in Iudeis vel christianis exercere presumperint, quisquis hec aut intulerit alteri aut fieri ab altero permiserit sibi, veretri ex toto amputatione plectetur, et res eius fisci viribus sociande sunt. Mulieres tamen, 20 que aut circumcisions exercere presumpserint aut circumcidendos quosque cuilibet circumcisori obtulerint, naribus abscisis et rebus omnibus in principis potestate redactis, lugebunt facinus sue presumptionis. Simili quoque et illi pena plectendi sunt, qui christianum vel christianam a fide dimoverint Christi vel ad ritum Iudaice prevaricationis adduxerint.

*25 Erv.] V. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.*

XII, 3, 5.

*Ne Iudei sabbata ceterasque festivitates ritus sui celebrare presumant.*

*Figuris pretereuntibus quempiam operum indesinenter exhibitiones inpendere*

XII, 3, 3. *l. 1. baptismatis Pith. transierit] transegerit Mad. || l. 2. extiterit] fuerit Pith. et C] et deest Mad. decalvatus suscipiat] ita E 1. Pith.; suscipiat et decalvatus turpiter V 1. 6. 8; et 30 omisso turpiter Mad. || l. 3. ad principis potestatem pertineant] ita E 1. V 1. 5. 6. 8. 10; principalis potestas retineat V 16; in principis potestate permaneant Mad. || l. 4. durior] ita E 1. V 5. 6. Pith.; et duriorem V 1. 8; durioremque Mad.; dierum V 16. vita] longitudi V 16. perpetua] dampnata V 10. eas princeps] principalis potestas V 16. largiri deest V 6. || l. 5. persistant] persistat V 6; permaneant V 17. Pith.*

25 XII, 3, 4. *Codd. E 1. V 1. (5). 6. 8. (9. 20). — l. 6. GLOR. deest E 1. || l. 7. circumcisionis V 8; circumcisionem V 1. 6. Pith. Mad. || l. 8. quemquam] ita E 1; quemque V 1. 6; queque V 8; quemcumque Mad. dimovent E 1; dimoveant V 1. 6. 8; dimoneant V 5. || l. 9. veritatis V 1. 8. l. 10. crucifixisset Pith. || l. 11. circumcisionis V 1. 8. || l. 12. carnem V 1. 6. 8. prophetam dicentem V 1. 6. 8. || l. 13. preputium V 1. 5. 8. || l. 14. omnino] omnimode V 1. 8; omnimodi V 6. 40 l. 15. si quis] quisquis E 1. ritui V 1. 8. centenis] is add. Mad. || l. 16. adsociantur V 1. || l. 17. Illis E 1; Ille V 1. 6. circumcisionis V 6. 8. in Iudeis] in deest Mad. presumpserint] presumpserit V 1. 8; praeceperit Mad. || l. 18. hec aut] talia Mad. alteri deest Mad. sibi deest Mad. || l. 19. plectabitur V 6. 8. socientur V 1. || l. 20. quosque] quisque Pith. || l. 21. et] ut E 1. potestate V 6. l. 22. lugeant Mad. || l. 23. dim. Christi] Dei V 6. ritum] aditum V 9. 20.*

45 XII, 3, 5. *Codd. E 1. V 1. (5). 6. 8. (9. 10. 16. 17. 20). — l. 25. GLOR. deest V 1. 5. 6. 10. 16. 17. 20. || l. 26. ritus sui] ita V 6; ritu sui E 1. V 1. 8; ritu suo Pith.; suo ritu Mad. || l. 27. pretereuntibus] preeuntibus E 1. V 9. 10. 16. 20. Pith.*

1) 1. Cor. 5, 7. 2) Ierem. 4, 4.

**XII, 3. 5.** *Erv.]* quid est aliud, quam veritatis amatorem non esse? Unde reprobabile id Dominus per prophetam insinuans ait: 'Neomenia<sup>1</sup> et sabbata et solemnitates vestras odivit anima mea'. Ob hoc nobis, quibus apostolico preceptum est ore, ut potius in novitate spiritus quam in vetustate littere ambulemus<sup>2</sup>, id infidelibus fideli intentione precepimus, ut si quis Iudeorum neomenias seu festivitates tabernaculorum vel sabbata, 5 ferias quoque vel ceterarum festivitatum solemnitates ritus sui more peregerit vel celebrare presumpserit, et centenis decalvatus flagellis subiaceat et exilii debita multetur erumna. Bona quoque eius ad principem redeant; qualiter ea aut perfecte converso illi aliquando restituat, aut eo in malis perdurante aliis, quibus fas fuerit, servitura concedat.

10

**XII, 3. 6. Erv.]****VI. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.**

Ut omnis Iudeus diebus dominicis et in prenotatis festivitatibus ab opere cessen.

In nullo est dubium, illum manifeste fidei catholice adversari, qui reverentiam diebus dominicis non inpendit. Unde negatores vel disturbatores fidei nostre 15 iustissime insequentes id religiosa sanctione iubemus, ut sive sit Iudeus sive Iudea quodlibet opus rurale diebus dominicis exercens vel laneficia faciens seu quascumque operationes in domibus, agris vel ceteris talibus agens, extra quam nobilium honesta christianorum consuetudo permittit, presumtor huius rei decalvatus verberibus centenis subiaceat. Quod si forsitan servi eorum vel ancille in his et talibus diebus reppe- 20 riantur supradictis laboribus occupati, tunc et ipsi simili sunt sententia feriendi; domini tamen eorum, si servos suos permiserint talia agere, C solidos auri fisco conpellendi sunt reddere. Dies tamen ipsi, qui ab isdem Iudeis sollicita devotione sunt observandi, hii sunt: id est festum virginis sancte Marie, quo gloria conceptio eiusdem genitricis Domini celebratur, item natalis Christi vel circumcisionis sive 25 apparitionis sue dies, Pasca quoque sanctum vel dies saceratissimi octavarum, inventionis quoque crucis dominice festum neenon et ascensionis dominice diem vel

**XII, 3. 5. l. 1. quam] ita E 1. V 1. 5. 6. 8. 10; nisi Mad. amatorem] ita E 1. V 1. 6. 8. Pith.; amatores Mad. || l. 2. Neomenia] ita E 1. V 1. 6. 8. 9; Neomenias cett. et sabb.] et deest E 1. Pith. || l. 3. nobis] nos Mad. apostolico p. est ore] ab apostolo p. est Mad. apostolice V 1. || l. 4. infidelibus] infides 30 E 1; infidelis V 6; infidi V 8. || l. 5. neomenia V 9. || l. 6. ferias — peregerit vel des. V 6. ritus sui] et ritus suo Pith. peregerint Mad. || l. 7. praesumpserint V 6. Mad. et deest Mad. decalvatus fl. subiaceat et] flagellis subiaceant et decalvati Mad. exiliis] exhibi E 1; penam add. V 6. debita multetur] debilitentur Mad. || l. 8. Bona quoque eius] eorumque bona Mad. ad principem redeant] ad principis redeant iura V 8. perfecto V 1. 6. || l. 9. converso illo] illis conversis Mad. eo] eos 35 E 1; ea Mad. perdurantibus Mad. quibus] ut Mad. fuerit] est Pith.**

**XII, 3. 6. Codd.** E 1. V 1. 5. 6. 8. (9. 10. 16. 17. 19. 20). — l. 11. GLOR. deest V 5. 6. 10. 17. l. 13. cessen] gesset E 1; cesserent V 1. 8. || l. 15. disturbatores] distirpatores V 6; substitutores Mad. nostre] in se E 1. || l. 17. rurale] ruraliter Pith.; deest V 9. 16. 20; in natali Domini vel in omnibus sanctissimis solemnitatibus seu add. V 9. 16. 20. Mad. laneficia] ita E 1. V 6; laneficia cett. || l. 18. in 40 domibus agris vel ceteris talibus] vel caetera talia Mad. || l. 19. huius] talis Mad. decalvatus post subiaceat praebet Mad. || l. 20. forsitan deest Mad. his et des. Mad. || l. 21. laboribus] vel operibus add. V 1. 8. || l. 23. conpelluntur Mad. qui ab] quia E 1; qui V 8. || l. 24. festum] festivitatum V 1; festivitatem V 8. conceptio] celebratio V 1; concaelebratio V 8; contempcio V 6. conc. post Domini praebet Mad. || l. 25. sive] eius sive etiam Mad. sive apparitionis] vel apparitionis Pith. 45 l. 26. sue] sui V 1. 8; deest Mad. Pasca quoque sanctum] quoque paschae Mad. saceratissimi sanctissimi Mad. || l. 27. crucis] sanctae crucis Pith. necnon deest V 1. diem vel pentecostem Pith.; dies vel pentecostes Mad.

1) *Isai.* 1, 13. 14. 2) *Cf. Rom.* 6, 4; 7, 6.

*Erv.]* Pentecosten seu etiam concurrentes per totum annum dies dominicos, religiosa XII, 3, 6. Christi fide venerabiles dies.

*Erv.]* VII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

XII, 3, 7.

Ne Iudei more suo diiudicent escas.

5 Illud<sup>1</sup> sane, quod Iudeorum detestabilis conversatio, Iudaica superstitione pollutior, mundas ab inmundis diiudicans escas, aliud adsumit, aliud reicit, in quo-cumque huius observantie inventus fuerit error, id est, ut aliter id faciat, quam honesta christiani moris est consuetudo, tunc iudicis instantia, in cuius territorio actum extiterit, turpiter decalvetur et centenis verberibus feriatur. Huius sane legis 10 omnimoda preceptionis integritas, sicut de escis, ita et de poculis observanda est; scilicet ut superioris iacture supplicium simili quoque ordine et illi, qui a christianis poculis se abstinere presumpserint, patientur. De escis tamen, id est de porcinis tantum carnibus, id discreta nec remissa pietate decernimus, ut quicumque ex illis de suillis forsan carnibus vesci penitus abhorrescant, si forte natura id fastidiante 15 refugiunt, et non more illo perversitatis hoc ipsum diiudicantes contemnunt, presertim si in ceteris operibus christianis similes habeantur, et christianitatis ab eis non defuerit votum atque omnimode operationis studium, tunc hii tales, qui fideles in reliquis conversationibus approbantur, pro hac sola reiectione suillarum carnium ad iacturam legis superius comprehensam teneri non poterunt. Quia valde videtur 20 equitati contrarium, ut quos manifesta operum Christi nobilitat fides, pro sola reiectione unius cibi teneantur notabiles.

*Erv.]* VIII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

XII, 3, 8.

Ne Iudei ex propinquitate sui sanguinis conubia dueant, et ut sine benedictione sacerdotis nubere non audeant.

25 Nulli<sup>2</sup> Iudeorum in utroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris sue atque etiam virorum iuxta legem, que in christianis est lata<sup>3</sup>, usque ad sexti generis gradum conubia ducere vel incesti maculam operari. Huius igitur fede

XII, 3, 6. l. 1. percurrentes V 10. per deest E 1. toto anno Pith. dominicos] dominici et Mad. || l. 2. dies deest Pith.

30 XII, 3, 7. Codd. E 1. V 1. 5. 6. 8. 10. (17). — l. 3. FL. — REX des. V 1. || l. 5. detestabilis] detestatur Mad. supprestione E 1. || l. 6. diiudicans] diiudicant V 1. 6. 8; iudicans E 1. in quo-cumque] in quacumque V 6. Pith.; Quocumque in Mad. || l. 7. observantia Pith.; observacionem V 6. errore Mad. || l. 8. territorio E 1. || l. 10. omnimode Mad. poculis — christianis des. V 6. || l. 11. ut] cum V 1. 8. supplicium] supplicio V 1; supplicium perforat Pith. illi] illis E 1. a deest V 1. christianorum Mad. || l. 12. id est des. V 6; id est de des. Mad. || l. 13. ex illi E 1. || l. 14. de suillis forsan des. Mad. forsan] forsitan V 1. 6. 8. aborrescant V 1; aborrescent V 6. 8. id deest Pith. fastidiante Pith. Mad. || l. 15. refugiant V 1. 8; fugiunt Mad. contemnant V 1. || l. 16. simili E 1. eis] eisdem E 1. || l. 17. omnimode] omnimoda V 1. 8; deest Mad. operationis] opera ab eis non defuerint actionis V 1. 8. studio V 1. 6. || l. 18. suillarum] silvarum V 1. 6. || l. 19. legis] ingnis E 1. 40 poterint V 1. 8. valde deest Mad. || l. 21. reiectione] refectione E 1. cibi] tantum add. V 6; ad poenam add. Mad.

XII, 3, 8. Codd. E 1. V 1. 5. 6. 8. (9). 10. (16. 17. 20). — l. 23. ut deest Mad. || l. 24. audent E 1. || l. 25. vel uxoris sue] vel uxoris sui E 1; in uxorum V 1. 8. || l. 27. sexti] ita E 1. V 8. 10; sextum cett. incesti] incerti E 1; incestum V 6. Pith. macula E 1. V 6. 8. Pith. operare V 6. 8. 45 fide] (= foedae) fidem V 6; federe V 1. 6.

1) Cf. XII, 2, 8. 2) Cf. XII, 2, 6. 3) III, 5, 1.

**XII, 3, 8.** *Erv.] permixtionis inlecebra tali multabitur pena, ut separati ab invicem et centena publice decalvati flagella suscipiant et exilio relegati sub penitentia maneant, eorumque bona ad filios, quos de precedenti coniugio habuerint, redeant; si tamen et ipsos aut in nullo Iudaice prevaricationis maculaverit noxa, aut nulla incestive nationis sordidaverit macula. Quod si aut nullos habuerint filios, aut habitos, ut dictum est,<sup>5</sup> vel Iudaicus involverit error, vel incesti fedaverit natio, tunc facultas predictorum omnimoda in principis potestate consistat, qualiter principali discretione res ipsa aut in christianis eorum heredibus concessa permaneat, aut si heredes huiusmodi dignitatis defuerint, fisco nostro sociata deserviat. Illud tamen modis omnibus observandum fore precipimus, ut, si quis Iudeus sive Iudea noviter nuptiale festum celebrare<sup>10</sup> voluerint, non aliter quam cum premisso dotis titulo, quod in christianis salubri institutione preceptum est<sup>1</sup>, vel sacerdotali benedictione intra sinum sancte ecclesie percepta coniugium cuiquam ex his adire permittimus. Quod si vel sine benedictione sacerdotis quisquam Hebreorum noviter coniugium duxerit vel sollemnitatem legis pro dotali titulo in quocumque transcenderit, aut C principi solidos coactus exsolvat, aut<sup>15</sup> C publice verberatus flagella suscipiat. Hec scilicet damna vel verbera singulatim unusquisque percipiat, videlicet tam ille, qui nupsit, quam ea, que nupta est, vel etiam parentes eorum, unusquisque pro se iacturam legis huius suscipiat.*

**XII, 3, 9. Erv.]****VIII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.**

Ne Iudei religioni nostre insultantes sectam suam defendere audeant,<sup>20</sup> ac ne a fide nostra refugientes alibi se transducant, et ne quislibet refugientes eos suscipiat.

Iam sane, si quis Iudeorum palam vel occulte religioni christiane insultare presumperit, si quis etiam christianam fidem verbis subvertere aut secte sue nisus fuerit defendere vanitatem, nec non quisquis disciplinam fidei christiane refugiens aut in<sup>25</sup> terram nostri regiminis se occultandum iniecerit, aut in aliis partibus se latitandum transduxerit, si quis etiam huiusmodi transgressoribus latibulum in quoctumque prebuerit aut eius fuge conscius fuerit, cunctorum omnium capitulorum quisquis ille

**XII, 3, 8. l. 1. inlecebra multabitur]** illecebrie m. V 1; pervasores multantur *Mad.* **separati** et separati V 6; superati E 1. **et centena — exilio]** centena flagella suscipiat et decalvati exilioque *Mad.* || l. 2. **in exilio V 1. 8. penitentia]** poena *Mad.* || l. 3. **precedenti]** presenti V 9. 16. 20. l. 4. **aut in nullo]** in nullo V 6; in nullis *Mad.* aut nulla] et nulla *Mad.* **incestive]** incestiva V 1. 8; incesti *Pith.* || l. 5. **non]** aut nullos V 1. 8. **habuerit Pith.** aut habitos] ita E 1; aut avios V 6; aut animos *Pith.*; baptizatos V 1. 8. || l. 6. **vel Iudaicus]** ita E 1; Iudaicus *Mad.*; sed quibus adhuc Iudaicus V 1. 5. 8. **incesti]** incesta V 8; incestiva V 10. || l. 7. **omnimoda]** omnimode *Mad.*; omnium V 10. **qualiter — deserviat des. Mad.** || l. 8. **concessa]** conversis V 1. 6; conversi V 8. || l. 9. **deserviant V 1. 6.** || l. 10. **fore deest Mad.** noviter renati *Mad.* **festum]** fedus V 1. 8; fedū V 6. l. 11. **premisso]** promissa E 1. V 6. 8. **quod]** quo E 1. || l. 13. **coniungum Pith.** cuiquam] cuiquam *Mad.* **vel]** certe *Mad.* || l. 14. **quisquam]** quisque *Pith.* || l. 15. **aut C]** post renovationem baptismatis C *Mad.* || l. 16. **verberatus deest Mad.** || l. 18. **huius deest Mad.** **suscipiet E 1.**

**XII, 3, 9. Codd. E 1. V 1. 5. 6. 8. (10. 17). — l. 20. audeant — alibi]** conantes alibi *Mad.* l. 21. **nostra deest E 1. V 5. fugientes V 1. Pith.** **et ne]** et *deest Mad.* quislibet] ita E 1. V 6. 8; quilibet cert. || l. 22. **eos deest Mad.** **suscipiat]** recipiat *Pith.* || l. 23. **palam vel occulte des. Mad.** **religioni]** nostrae add. *Pith.* || l. 24. **si quis etiam]** vel *Mad.* **christianam]** christianorum V 10. nisus fuerit] visus fuerit V 5. 10; ausus fuerit V 6; des. *Mad.* || l. 26. **iniecerit V 5;** ingesserit *Mad.* 45 aut] vel *Mad.* || l. 27. **in quoctumque des. Mad.** || l. 28. **aut]** dum *Mad.* eius fugae E 1. *Pith.*; in eius fuga V 1. 5. 8; eius-fuga V 6; de eius fuga *Mad.* **cunctorum omnium]** ita E 1. V 6. 8. *Pith.*; cunct. *deest Mad.*

1) *III, 1, 9 formae Ervigianaæ.*

*Erv.]* fuerit transgressor inventus, et centenis decalvatus multabitur plagis et, rebus **XII, 3, 9.** eius in principis potestate redactis, exilii conteretur erumnis.

*Erv.]*

## X. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

**XII, 3, 10.**

Ne christianus a Iudeo quodcumque muneris contra fidem Christi  
5 accipiat.

Quam sit extraneus a christiane fidei regula, qui defensorem se veritatis simulat et veritatem ipsam munerum acceptione commaculat, audiat contra se prophetam dicentem: 'Pro<sup>1</sup> eo quod vendidistis argento iustum et pauperem pro calciamen-  
10 tis: ecce<sup>2</sup> ego stridebo super vos, sicut stridet plastrum onustum feno, et peribit  
fuga a veloce, et fortis non obtinebit virtutem suam, et robustus non salvabit animam  
suam, et tenens arcum non stabit, et velox pedibus suis non salvabitur, et ascensor  
equi non salvabit animam suam, et robustus corde inter fortis nudus fugiet in die  
illa, dicit Dominus'. Quis enim hic venditus argento iustus accipitur vel pauper pro  
calciamen-  
15 tis, nisi unigenitus filius Dei patris? cuius innoxius sanguis, XXX olim a  
Iudeis taxatus argenteis, cotidie venundatur ab inlusoribus veritatis. Et ideo sunt  
quidam ex fidelium numero, qui quasi zelo fidei Iudeorum culpas se detegere vel  
plectere valida intentione promittunt, quos tamen depravat solite cupiditatis inlecebra.  
Nam si talibus quodcumque forsan fuerit a perfidis in munerum conlatione oblatum,  
illlico retincent et errores talium, quos vindicare et detegere ante promissum sibi  
20 beneficium nitebantur, percepto miserabili questu inpunitos transire permittunt. Unde  
nulli christiano licebit cuiuscumque sit generis vel honoris, ordinis sive persone, sive  
ex religiosis, sive etiam ex laicis, quodcumque beneficium contra fidem Christi, a  
quolibet Iudeo vel Iudea, sive etiam per eorum internuntios, quodcumque sibi inlatum  
accipere, neque se ob talium vindicationem contra regulas fidei christiane oblatis  
25 sibi premiis implicare. Si quis autem, qualibet beneficiorum exhibitione corruptus,  
aut agnitos errores Iudeorum celaverit, aut, ne pravitas talium feriatur, quolibet modo  
obstiterit, et antiquis patrum regulis erit obnoxius, et tantum in duplo fisci erit  
partibus inlaturus, quantum a Iudeo quisquis ille accepisse fuerit conprobatus.

**XII, 3, 9. l. 1.** et centenis — et rebus] C flagellis mulctabitur et decalvatus rebus *Mad.*  
30 *plagis*] magis *V 6.* || *l. 2.* potestatem *V 6. Pith.* exilij debitis exilii *V 1. 8;* debiti exilii *V 5. 10;*  
debitis exiliis *V 6.*

**XII, 3, 10. Codd. E 1. V 1. (5). 6. 8. (10). — l. 3. GLOR. deest E 1. || l. 4. a deest E 1.**  
quocumque *V 1. 6. 8.* muneris contra fidem Christi] muneris sibi patrocinari *V 1. 8.* muneris] munus  
*Pith. Mad.* || *l. 6.* extraneus — regula] extraneus a christiana fidei regula *V 10;* extra fidei christiana*e*  
35 regulam *Mad.* extraneum *V 6. Pith.* || *l. 7.* per munerum acceptiō*nem* *Mad.* contra se proph.  
dominum contra se per prophetam *Mad.* || *l. 8.* calciamen-*tis*] ita *E 1. V 6;* calceamento *Pith.*; cal-  
ceamentis *cett.* (pro *om.* *Mad.*) || *l. 10.* salvabit] servabit *Mad.* || *l. 12.* equi deest *Mad.* effugiet  
*E 1.* in die illa, dicit Dominus] ita *V 1. 8; des. E 1. V 6. Pith.* || *l. 13.* vel] ita *E 1. Pith.*; et *cett.*  
*L 14.* calciamen-*tos*] ita *E 1;* calciamen-*tis* *V 6. 8;* calceamento *ali.* sanguinis *E 1.* || *l. 15.* cotidie] et  
40 quotidie *V 1.* || *l. 16.* se deest *Mad.* || *l. 17.* valida se int. *Mad.* promittant *E 1. V 8;* permittant  
*V 6.* solita *V 1. 6.* || *l. 18.* forsan] ita *E 1. Pith.*; forsitan *cett.* || *l. 19.* retincent *Mad.*  
et terrores *E 1. V 6. 8.* vindicare] iudicare *Mad.* || *l. 20.* percepto] precepto *E 1;* perc. postmodum  
*Mad.* questum inpunitas *E 1.* Unde] decernimus add. *Mad.* || *l. 21.* licebit] licere *Mad.* vel honoris] aut dignitatis *Pith.* persona *E 1.* || *l. 22.* ex laicis] ex deest *E 1. V 6.* quocumque beneficio *V 1. 8.*  
45 *l. 23.* quode. sibi] quocumque sibi *V 1. 6. 8;* sibi *Mad.* inlatum] illarum *V 1.* || *l. 24.* ob t. vind.]  
pro talium vindicatione *Mad.* regulas] ita *E 1. Pith.*; regulam *cett.* || *l. 26.* pravitas] improbitas *Mad.*  
*l. 27.* et antiquis] antiquis sine dubio *Mad.* || *l. 28.* quisquis] quisque *Pith.*

1) Amos 2, 6. 2) Ibid. 2, 13—16.

**XII, 3, 11. Erv.]****XI. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.**

**Ne Iudei libros illos legere audeant, quos christiana fides repudiat.**

Illis commodare lectionibus sensum, quibus fas non est prebere adsensum, inpietatis est potius, quam pietatis indicium. Et ideo, si quis Iudeorum libros illos legerit vel doctrinas adtenderit sive habitos in domo sua celaverit, in quibus male 5 contra fidem Christi sentitur, et publice decalvabitur et centenorum flagellorum verberatione plectetur. Qui tamen cautionis vinculo alligabitur, ne umquam talium libros vel doctrinas apud se aut habere presumat aut adtendere audeat seu studiis meditandi assumat. Iam de cetero si post emissum placitum quodecumque tale repedare temptaverit, et decalvatus centenis flagellis subiaceat et amissis rebus sub perpetua 10 exilio conteretur erumna, ut, quia iam secundo visus est erroris sui iterasse vestigium, perenniter illis res eorum deserviat, quibus principali fuerit conlatione concessa. Hec et similia illi percipient, qui quemlibet infantium talia presumpserint docere; id est, ut doctor ipse iniquitatis in prima transgressionis fronte deprehensus et centenis subiciatur decalvandus verberibus et placiti sui polliceatur cautione, se talia ulterius 15 neminem debere docere. Quod si primeve huius sponsionis maculans fidem contingat illi ea, que abiecerat, repedare, omni eius facultate in principis potestate redacta ipse decalvatus centenisque verberibus abdicatus perpetuo erit exilio religandus. Infantes tamen ipsi vel pueri tunc a supradictis erunt damnis atque verberibus alieni, si hanc perfidie doctrinam intra X etatis sue annos positi meditasse fuerint visi. Ceterum 20 post exemptos decem annos quisquis illorum talia adtendere vel meditari presumpserit, superioris institutionis damna vel verbera ordine superius adnotato sustineat.

**XII, 3, 12. Erv.]****XII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.**

**Ne Iudeis mancipia deserviant vel adhereant christiana.**

**Importabile satis christiano cetui videri debet flagitium, ut gens Iudaica, contra 25**

**XII, 3, 11. Codd. E 1. V 1. (5). 6. 8. (10). — l. 1. FL. — REX des. V 5. GLOR. deest V 1. l. 3. adsensum] quoniam add. V 1. || l. 4. pietatis] veritatis V 10. || l. 5. legerit] legere ingerit V 6. 8. habitos] ita E 1. V 6. 10. Pith.; abditos cett. || l. 6. et publice — plectetur] C flagellis publice verberetur aut decalvetur Mad. || l. 7. plectabitur V 6. 8. tali cautionis V 1. || l. 8. libros vel] librorum Mad. aut deest Mad. seu studiis] ita E 1; seu in studiis V 1. 6; aut studiis Pith.; vel 30 in studiis Mad. || l. 9. de cetero] vero Pith. quodecumque] iteratim add. V 1. 5. 8. tale repedare] ita E 1; tale repetere. V 6. Pith. Mad.; talia (tali V 8) agens repetere V 1. 8; talia agere V 5. l. 10. et decalvatus — rebus] C flagellis subiaceat decalvatus et Mad. perpetui Pith. || l. 11. conteretur] conteratur Mad.; deputetur V 1. 5. 8. vestigia Mad. || l. 12. illis res eorum] eius rescula eis Mad. deserviant — fuerint Pith. conlatione] ordinatione disposita atque V 1. 8. || l. 13. similia 35 illi] his similia V 6. Mad. percipient V 8. Mad. quemlibet infantium] quamlibet infastidium V 6; quamlibet infantiam Mad. presumpserit E 1. docere Pith. id ist et Mad. || l. 14. transgressionis fronte] ita E 1. Pith.; transgressionem fronte V 6; transgressione forte V 1. 5; transgressione Mad. et centenis — verberibus et placiti sui] C flagellis subiaceat decalvatus. Placiti quoque sui Mad. l. 16. debere docere] edocere Mad. primeve] prime V 6. Mad.; postmodum V 1. 5. 8. sponsionis 40 suae add. Mad. maculans] maculare Mad. fidem] cautionem V 1. 5. 8. contingat] praesumpserit Mad. l. 17. illi ea] illi ad ea V 1. 8; et ad ea Mad. abiecerat] adiecerat E 1. repedare] iterum reiterare V 1. 5. 8; se perdare V 6; repedare conaverit Mad. omnis eius facultas V 1. potestatem V 6. ipse — perpetuo] C ipse verberibus addicetur ac decalvatus perpetuo Mad. || l. 18. abdicatus] ita E 1. V 8; abdicatur V 1; adiudicatus Pith.; addicetur Mad.; deest V 6. erit] insuper erit V 1. 8. || l. 19. tune a] 45 a tantis Mad. atque verberibus des. Mad. || l. 20. hanc] ipsam Mad. intra] ita E 1. V 6. Pith.; infra cett. Ceterum] si add. Pith. Mad. || l. 21. exemptos deest Mad. illorum deest V 1. Mad. attendit Mad. meditare] vetita add. Mad. || l. 22. institutionis] constitutionis V 6. Pith. ordine superius adnotato] adnotatus Mad.**

**XII, 3, 12. Codd. E 1. V 1. (5). 6. 8. (9. 10. 20). — l. 23. GLOR. deest V 1. 6. 8. || l. 25. In- 50 portabile] sane add. Mad. cetui] cui E 1. Pith.; deest V 6.**

*Err.] Dominum rebellis semper et inopia, christiana mancipia suis habeat servitiis reli-* XII, 3, 12.  
*gata, et versa vice religionis nostre honorabile Christi membrum humilietur ante filios*  
*perditorum, et portio dicata Christo per lavacrum perfidorum obsequiis subiugetur,*  
*sicque corpus Christi videatur obsequi Antichristi ministris, cum prepostero ordine*  
<sup>5</sup> *ipsi, qui nostram oppugnant moribus fidem, obsequentes habent ad inpietatem famulos*  
*fidei nostre. Proinde legem illam, que a glorioso predecessore nostro dive memorie*  
*Sisebuto rege est edita<sup>1</sup>, in huiusmodi causis tenendam esse sancimus et omnem*  
*textum legis ipsius, excepto ubi mortis ultio ponitur, glorioso serenitatis nostre*  
*oraculo confirmamus; qualiter iuxta predicte legis edictum, ubi transgressores legis*  
<sup>10</sup> *ipsius, successores scilicet regni<sup>2</sup>, sub perpetua maledictionis censura obstrinxit,*  
*nullus ex Iudeis mancipium christianum habere presumat nec quidquam contra*  
*eiusdem legis monita agere audeat, excepto hoc unum: eisdem Iudeis penitus non*  
*licebit, secundum quod lex ipsa permittit, ut christianum mancipium Iudeus audeat*  
*manumittere. Quia valde indignum est, ut hii, quos cenosa servitus perfidie maculat,*  
<sup>15</sup> *libertatis titulum christianis inponant. Non enim est consequens, ut tenebre lucem*  
*enubilant, aut servitus preroget libertatem; presertim cum hoc in primeva tantum-*  
*modo editione legis ipsius, cum ad fidem primitus vocarentur, illis videatur fuisse*  
*concessum. Nunc vero christianum quemquam mancipium manumittere omnino non*  
<sup>20</sup> *poterunt, quia contra legis ipsius edictum, ut vere utique transgressores christiana*  
*habere mancipia conprobantur, quibus sufficiat, si pro preteritis transgressionibus non*  
*damnentur. Nam modo illis hec licentia penitus denegatur; quia contra interdicta*  
*legum et canonum agere presumpserint. Hoc tantum illis more concedimus pietatis,*  
*ut a primo anno regni nostri, id est a kal. Feb. usque in sexagesimum diem habeat*  
<sup>25</sup> *quisquis ille Iudeus iuxta tenorem predicte legis licentiam christiana venundare*  
*mancipia, non tamen sine cognitione sacerdotum vel iudicium, ad quorum territoria*  
*pertinere noscuntur: ne et hii, qui venundandi sunt, damna mortis perferant vel*  
*salutis, et hii, qui venditores existunt, locum agende fraudis vel inferende repperiant*

XII, 3, 12. *l. 1. habeant Mad. in servitiis V 10. || l. 2. membrum] regnum V 9. 20. || l. 3. per-*  
*ditorum — subiungetur] perfidorum Mad. || l. 4. ministris cum] ministris et cum Mad.; ministro cum*  
<sup>30</sup> *V 8; ministros cum V 6; ministerio V 1. || l. 5. nostra E 1. oppugnat] obpugnare V 1; impugnat*  
*V 9. ad imp. — nostre des. V 5. ad inpietatem] sub inpietatis sue errore Mad. || l. 6. fidei] sacrae*  
*fidei Mad. praedecessore Mad. || l. 7. omnem textum] omne testum V 8; contextum Mad. || l. 8. ex-*  
*cepto] accepto V 1. 6. 8. ponitur] panditur V 9. 20. || l. 9. confirmamur E 1. iuxta] sicut iuxta*  
*V 1; deest Mad. edictum ubi] edicto Mad. || l. 10. successores scilicet] praedecessores nostri Mad.*  
<sup>35</sup> *regni nostri V 1. obstringunt Mad.; obstringit V 5. || l. 12. audeat] praesumat Pith. unum] ita E 1.*  
*V 6. 8; uno quod V 5. 10. Mad.; uno cum Pith. ex eisdem V 6. 8. eisdem — secundum quod des.*  
*V 1. Mad. || l. 13. ipsa eis permittit Mad. || l. 14. indignus E 1. ut hii deest Pith. cenosa]*  
*cena E 1. || l. 15. est deest V 1. || l. 16. enubilant] ennubilant V 8; et nubilant V 6; obnubilant*  
*Pith. Mad. servitus] aut servus add. V 8. 9. preroget libertatem] proroget libertatem V 6; preroget*  
<sup>40</sup> *libertati Mad. || l. 17. edictione E 1; ediciones V 6. || l. 18. christianum — non poterunt] sancimus*  
*per huius legis seriem, ut nullus Iudeorum christianum manumittat Mad. || l. 19. poterunt]*  
*ita E 1. V 8. Pith.; poterit V 5. 10; potuerit V 6. legis ipsius — quia contra des. V 1. || l. 20. quibus]*  
*tamen add. Mad. || l. 21. modo] sane add. Mad. interdicta] dicta V 10; deest Mad. || l. 22. canonum]*  
*edicta add. Mad. presumpserunt E 1. illis] sine dubio add. Mad. || l. 23. a kalendas Februarias*  
<sup>45</sup> *V 1; a kal. Febras V 8. usque in] usque ad V 6. 20. Pith. Mad. sexag.] XL V 20, hic et infra.*  
*l. 24. quisquis] quisque E 1. Pith. Mad. ille Iudeus — legis des. Mad. predicte legis] legis ipsius*  
*V 5. 10. venundare deest E 1. || l. 26. ne et] et deest Mad. venundandi] ita E 1. V 5. 8. 10. Pith.;*  
*venundati V 1. 6. Mad. vel salutis des. Mad. || l. 27. hii] his Pith. agende] habende Pith. rep-*  
*periant] repediunt E 1.*

50 1) XII, 2, 14. 2) Spectant haec ad verba: Successores quoque nostros etc.

XII, 2, 14 p. 422, l. 21 et ib. n. 2.

**XII, 3, 12. Erv.]** ultiōnis. Iam vero a predictis kalendis transacto sexagesimo die, nulli Iudeorum licet mancipium christianum habere, non ingenuum, non etiam servum; sed post peractum huius temporis spatium, id est sexaginta dierum, apud quemcumque Iudeum mancipia christiana repperiantur, cum conlato sibi a dominis suis peculio per huius nostre legis edictum liberi erunt modis omnibus permansuri; si tamen se violenter a dominis suis obcelatos esse probaverint. Iudei tamen ipsi, qui expleto temporis supradicti spatio tenere seu habere vel occultare sive libertare mancipia christiana presumpserint aut etiam quibuslibet aliis modis hanc sanctionem serenitatis nostre implere distulerint, aut medietatem rerum suarum fisco sociandam amittant, aut si viliores persone fuerint et non habuerint unde conponant, centena decalvati flagella suscipiant.

**XII, 3, 13. Erv.]**

### XIII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

Si se Iudeus christianum esse testetur et ob hoc non velit a se reicere mancipium christianum.

Si quorundam Iudeorum fraudulentia subtilitas, cavens questum rei sue amittere, christiano more se intimet conversari et ob hoc dicat, non se amittere debere christiana mancipia, quia et ipse christianam videatur ducere vitam, his ordinibus conprobandum est, quo nec astuta fraus excusationem obtendat, nec sincera conversio easum cum ceteris pereuntibus perdat. Ac per hoc id omnimodo sanctione decernimus, ut omnes Iudei per universas regni nostri provincias constituti ab anno primo regni nostri, kal. scilicet Feb. usque in supervenientibus presentis anni kal. Aprilibus<sup>1)</sup>, aut vendendi christiana mancipia iuxta premissae legis ordinem licentiam habeant, aut si ea apud se retinere voluerint, his ordinibus se christianos ostendant. Concedimus enim eis, id est his tantum, de quibus evidens periurii suspicio non habetur, ut habeant sexaginta dierum usque in kal. presentis anni Aprilibus salutare spatium, in quo possint, qui ex illis salvaturi vel christiane fidei adgregandi sunt, ad episcopos locorum concurrere et manus sue signis vel subscriptionibus roborata illis sue professionis federa publicare. In quas profesiones id curavit quisquis ille innectere,

XII, 3, 12. *l. 1. transacto] praedicto add. V 20. Mad. || l. 3. spatium] conlatum spatium V 6. Mad. || l. 4. dominis suis] domino Mad. || l. 5. nostre deest Mad. || l. 6. celatos Mad. || l. 7. seu 30 habere des. Mad. habere vel occultare] habere ulterius vel (seu V 8) occultare V 1. 8; habere occulterius occultare V 6. sive libertare] sive celare Pith.; des. Mad. || l. 8. aut etiam] ut etiam E 1; et etiam V 1. serenitatis nostre] ita E 1. V 1. 5. 6. 8. 10; des. Mad.*

XII, 3, 13. *Codd. E 1. V 1. 5. (6). 8. (10. 20). — l. 12. GLOR. deest V 5. || l. 15. fraudulenta deest Mad. cavens] timens Mad. || l. 16. intimet conversari] conversari profitetur intime V 20. 35 l. 17. quia] qui V 1. 8; que V 6. || l. 18. obtendat] obtineat V 6. 20. conversio] conversatio Mad. l. 19. perdat] perferat V 1. Mad.; perferat vel perdat V 5. 6. omnimodo] omnimoda V 1; omnimode Mad. decernimus] praeципimus Mad. || l. 20. regni — constituti] regiones constituti Mad. nostri deest V 1. || l. 21. kal.] ita E 1. Pith.; kalendis V 1. 8; kldis V 6; a kalendis Mad. scilicet deest Mad. Feb.] ita E 1. Pith.; Februariis V 1. 8. Mad.; Febrili V 6. supervenientes Mad. anni] annis E 1. 40 kal.] ita E 1. Pith.; kalendis V 1. 8; kalds V 6; kalendas Mad. Aprilibus] ita E 1. V 1. 6. 8; Aprilis Mad. || l. 22. iuxta] huins V 6. 8. habeant] habent E 1; habeat V 6. || l. 24. id est his tantum des. Mad. his tantum] statutum V 1. 8. || l. 25. sexag.] XL V 20. usque in kal.] a kalendis Mad. Aprilis Mad. salutare deest Mad. || l. 26. salvaturi] salvandi Pith.; salvari desiderant Mad. vel] et Mad. adgregandi sunt] aggregari exoptant Mad. || l. 27. manus] in manus V 8; in manu V 6. 45 roborata] laborata E 1. || l. 28. professionis] promissionis V 10. quas profesiones — Iudaicos] qua scilicet professione id quisque studeat innectere et profiteri, ut omnes Iudaicos errores Mad. curavit E 1. V 6; = curabit, quod praebent cett. quisquis] qui E 1. ille — sequatur des. E 1.*

1) *De die 1. Febr. usque ad d. 1. April. a. p. Chr. 681.*

*Erv.]* quia et ritus omnes Iudaicos abneget et in nullo sequatur sectam prevaricationis **XII, 3, 13.** antique. Et quia ex toto corde pristinos errores relinquens ad fidem religionis conservus fuerit christiane, cum simboli quoque interpositione, et quod ultra ad vomitus sui nullo modo revertatur errorem, vel cetera secundum conscriptum professionis ipsius ordinem, quem post hanc legem curavimus adnotare<sup>1</sup>. Hanc sane professionem ne nudis tantummodo verborum promissionibus proferant et aliud verbo promant, aliud corde retineant, sicque in eorum promissis simulatio potius quam veritas locum suum inveniat, sollicita episcoporum iudicunque instantia illi ipsi, qui superioris professionis sue patefecerint votum, adlatis condicionibus<sup>2</sup> iurare debebunt, quia que eorum professio continet sincero et non maculato corde profiteantur se, donec advixerint, conservare. Sicque fiet, ut hii tales, quos et professio cum operis effectu dignos esse probaverit, et iurisiurandi pollicitatio devotos fore monstraverit, possint, utpote christiani, christianorum mancipiorum servitiis uti. Nam non aliter poterunt christiana mancipia illorum dominio subiugari, nisi et ipsi evidenter conprobentur verissimi christiani et frequenter christianorum societate coniungi. Iam vero qui post datam professionem, redditio sacramento iuxta superiorem ordinem, christianum se esse devoverit et in quolibet rito Iudaice secte cultor ac promissionis sue transgressor esse reperiatur, quia et nomen Domini ausus est profanare et se Iudaici erroris ceno polluere, amissis rebus omnibus et in principis potestate redactis, et centum flagella decalvatus suscipiat et exilii debita conteratur erumna. Illos tamen, qui obdurato corde obstinatione malitie interclusi infra numerum dierum superius constitutum aut profesiones suas publicare destiterint aut extra predictum tempus christianum mancipium habere presumpserint, ad damnationem premissae legis, que de christianis mancipiis lata est, ut Iudeis non serviant, tenebuntur obnoxii; id est, ut aut medietatem rerum suarum fisco sociandam amittant, aut, si viliores persone fuerint et non habuerint, unde conponant, centena decalvati flagella suscipiant. Mancipia tamen christiana, que retinere apud se contra legum vetita presumpserint, quia se ipsa predicti temporis spatio christiana fuisse non prodiderint, in eorum servitio, quibus a rege donati fuerint, servituri perpetualiter permanebunt.

30        XII, 3, 13. *l. 1.* et ritus] et *deest Pith.* sectam suaue praever. *Mad.* || *l. 2.* Et quia] Quisquis igitur ex illis *Mad.* sacrae religionis *Mad.* || *l. 4.* revertantur *V 1.* conscriptum] ita *E 1.* *Pith.*; quod scriptum est *V 1.* 8; scriptum *Mad.* || *l. 5.* adnotare] in nullo se profiteatur exinde aliquid immutare *add. Mad.* Has sane profesiones *E 1.* || *l. 6.* promissionibus] propositionibus *V 10.* promat *Mad.* || *l. 7.* corde *deest V 1.* retineat *Mad.* sicque] et sic *Mad.* eorum] eius *Mad.* *l. 8.* sollicita — instantia] cura sollicita episcoporum iudicunque ministerio *Mad.* illis ipsis *V 1.* superioris — votum] superiorem sententiam patefecerint mox *Mad.* || *l. 9.* que] queque *V 1.* || *l. 10.* et non] et *deest Mad.* profiteantur] protestantur *V 10.* se donec advixerint conservare des. *Mad.* *l. 12.* iusiarandi *Lind.* monstraverit, possint] monstrare possint *V 8.* || *l. 13.* christianorum m. servitiis] christianis mancipiis *Mad.* servitiis] servitus *E 1.* || *l. 14.* dominio] domino *E 1.* verissimi] purissimi et verissimi *V 1.* 5. 8. || *l. 15.* societate coniungi] escis adhaeserint et coniugia inierint *Mad.* *l. 16.* sacramento] iuramento *Mad.* ordinem] tenorem *Mad.* || *l. 17.* devoverit] decreverit ac devoverit *V 1.* 5. 8. cultor ac] cultor et *V 1.* 8; cultor fuit inventus et huius *Mad.* || *l. 18.* Dominij Dei sui add. *Pith.* se *deest Pith.* || *l. 19.* potestatem *Pith.* *Mad.* || *l. 20.* conteratur erumna] poena conteratur *Pith.* conteretur *E 1.* Illos] Illi *Mad.* qui obdurato corde] quos obduratio cordis *V 10.* *l. 21.* obstinationis *V 1.* 8. si infra *Mad.* || *l. 22.* aut profesiones suas] professionem suam *Mad.* *l. 26.* decalvati flagella] flagella cum decalvatione *Mad.* || *l. 27.* vetita] veritatem *V 1.* vetitate *V 8.* presumpserunt *E 1.* || *l. 28.* vel quia *Mad.* ipsa] ipsum *V 1.* ipsa mancipia *Mad.* predicti] infra predictum *V 1.* infra predicti *Mad.* spatio] spatium *V 1.* *Mad.* prodiderunt *E 1.* || *l. 29.* donata *Mad.* servituri] servitura *Mad.*; *deest V 1.* 8. permanebunt] maneunt *V 1.* *Mad.*

50        1) *XII, 3, 14.*      2) *Cf. XII, 3, 15.*

XII, 3, 14. *Erv.*

XIII.

Professio Iudeorum, quomodo unusquisque eorum ad fidem veniens indiculum professionis sue conscribere debeat.

Ego ille abrenuncio universis ritibus et observationibus secte Iudaice, abominans in toto sollemnitates vel ceremonias sive observationes omnes, quas in preteritis observavi vel tenui; ita ut deinceps nihil de ritu vel celebritate eorundem observationum exerceam, nihil de usu preteriti erroris adsumam, id est, ut nec affectu talia queram nec opere quodcumque tale perficiam. Proinde abrenunciatis his omnibus, que christianitatis doctrina abominatur et prohibet, ‘credo<sup>1</sup> in unum Deum patrem omnipotentem, factorem celi et terre, visibilium omnium et invisibilium conditorem, et in unum dominum Iesum Christum, filium Dei unigenitum, ex patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homousion Patri, hoc est eiusdem cum Patre substantie, per quem omnia facta sunt, que in celo et que in terra; qui propter nos et propter nostram salutem descendit de celis et incarnatus est de Spiritu sancto et Maria virgine, homo factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus, tertia die resurrexit, ascendit in celos, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus in gloria iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Credo et in Spiritum sanctum, dominum et vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas, unam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum, expectans resurrectionem mortuorum, vitam futuri seculi’.

Hec, que in huius simboli fidem a me premissa sunt, veraciter credens, fideliter retinens et cum toto mentis mee affectu amplectens, promitto, ut nullo umquam tempore ad vomitum superstitionis Iudaice redeam. Numquam observationes vel ceremonias, que Iudei soliti sunt custodire, amodo aut opere inpleam aut cordis affectu retineam, abnegans in toto Iudaicam sectam, respuens in toto Iudeorum perfidiam, abiciens quicquid christianam fidem inquagnat, et ita me abinceps veraciter in sancta Trinitate profiteor credere, ut christiano more deinceps vivere debeam et,

XII, 3, 14. *Codd. E 1. V 1. 5. (6). 8. (10. 16. 17. 20). — l. 1. XIII] ERVIGIUS REX add. Mad. || l. 3. indiculum] indicium *Pith. in margine.* professionis sue] in praesentia sacerdotis vel iudicis add. Mad. || l. 4. universis] omnibus *Pith. Mad.* || l. 5. preteritis] praeterito tempore usque nunc *Mad.* l. 6. vel] et *Mad.* eorundem *ita E 1. V 1;* earundem *cett.* || l. 7. talia] tali ea *V 16.* || l. 8. perficiam] proficiam *E 1.* || l. 9. credo] Simbolum. Credo *V 1. 8.* || l. 10. omnium et invis.] et invis. omnium *V 1. 8.* || l. 11. ex Patre] et ex Patre *Mad.* || l. 12. ex Deo] de Deo *Pith. Mad.* ex lumine] de lumine *Pith. Mad.* ex Deo] de Deo *Pith. Mad.* || l. 14. in terra consistunt *V 16.* nos] homines add. *Mad.* || l. 15. de celis] de celo *V 10. Pith.; des. E 1.* ex Maria] et Maria *E 1.* || l. 16. sepultus] crucifixus, mortuus et sepultus *Mad.*; crucifixus et sepultus descendit ad inferna *V 8. 10.* resurrexit] vivus a mortuis add. *V 10.* in celos] in caelos *E 1;* in celis *V 1. 8.* ad dexteram] in dexteram *V 1.* l. 17. Patris] omnipotentis add. *V 1. 8;* Dei patris *V 16.* unde iterum *V 16.* venturus est *Mad.* in] cum *Pith. Mad.* || l. 18. dominum] Deum *V 16.* et vivificatorem] et vivificantem *Pith.*; et deest *Mad.* l. 20. unam] in unam *V 1. 8. Mad.* unum] in unum *V 1.* || l. 21. omnium peccatorum *V 1.* expectans] et expecto *V 1. 8. Mad.* seculi] Amen add. *Mad.* || l. 22. huius simboli — premissa sunt] huiusmodi subscripta serie dicta sunt iam *Mad.* fidem deest *V 10.* sunt] fide add. *V 10.* et fideliter *Mad.* || l. 23. et cum] eximioque *V 16.* amplectens] explens *V 16. 20;* ac subscribens add. *Mad.* l. 25. que] ita *E 1. V 1;* quas *cett.* cordis affectu] corde *Mad.* || l. 27. abiciens] vincens *V 10. 45* christiana fides *V 16.* abinceps] deinceps *Mad.* || l. 28. Sanctam Trinitatem *Mad.* christiano more] Christi amore *V 16. 20.**

1) *Hoc est symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum, decretum a concilio Constantinopolitano I. (a. 381), can. 7; cf. Coll. can. ecclesiae Hispanae ed. Gonzalez p. 61 sq.*

*Erv.] Iudeorum amodo consortia fugiens, cum honestis christianis me semper adiungam, XII, 3, 14.* qualiter, sive cum illis sive absque illis, christianos semper cibos accipiam et ad ecclesiam Dei, ut vere fidelissimus christianus, devotissime et frequentissime concurrere debeam. Sed et in festivitatibus dominicis sive etiam in martyrum festis, 5 quas christiane religionis pietas observandas decrevit, ita promitto eas ipsas festivitates devote suscipere et cum summo amore amplectere et in his ipsis diebus semper christianis honestissimis interesse, sicut honesta et pia christianorum consuetudo id facere vel suscipere consuevit.

Facta fidei vel credulitatis mee professio sub die.

10 *Erv.]*

XV.

XII, 3, 15.

Conditiones sacramentorum, ad quas iurare debeant hii, qui ex Iudeis ad fidem venientes professiones suas dederint.

Iuro<sup>1</sup> primum per Deum patrem omnipotentem, qui dixit: 'Per<sup>2</sup> memet ipsum iurabis et non periurabis nomen domini Dei vestri, qui fecit celum et terram, 15 mare et omnia, que in eis sunt', et mari terminos posuit, dicens: 'Usque<sup>3</sup> huc venies et hic confringes tumentes fluctus tuos'; qui dixit: 'Celum<sup>4</sup> mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum'. Qui primum archangelum superbientem de celo proiecit; ante cuius conspectum adstat omnis exercitus angelorum cum tremore; cuius adspectus arefacit abissos et indignatio tabescere montes. Qui primum hominem 20 Adam in paradiiso constituens ei preceptum dedit, ne de vetito pomo comedeleret ligni; quo degustato, et de paradiiso est proiectus, et catene prevaricationis vinculo se una pariter cum genere humano adstrinxit. Qui Abel sacrificium libenter accepit et Cain indignum iuste reprobavit. Qui Enoch, in huius vite corpore in paradiiso conservans, cum Helia in extremo huius seculi finem morituros ad medium reducturus 25 est. Qui Noe cum uxore et tribus filiis cum uxoribus vel animalibus aut volatilibus atque reptilibus in archa tempore diluvii conservare dignatus est, per quod unumquodque genus recuperaretur. Qui de Sem, filio Noe, Abraham et de eo Israhelicum

XII, 3, 14. l. 1. amodo consortia fugiens] deinceps fugiens veraciter consortia V 16. 20. cum] et cum Mad. honestis] omnibus V 16. || l. 2. sive cum] cum Mad. christianos] christianorum Mad. 30 accipiam] adsumam V 10. || l. 3. ut vere] ut deest Mad. || l. 4. Sed et] sed V 1; et Mad. || l. 5. quas] quae Mad. observandas] ita V 1; obsecrandas E 1; observanda Mad. || l. 6. amplectere] amplecti Pith.; complecti Mad. et in his ipsis] atque in ipsis Mad. || l. 7. cum christianis Pith. Mad. l. 9. Facta est V 6. sub deest V 6. die] die illo anno illo V 1; die it anno it V 8; die vel anno illo V 5; die it anno it reg it V 6; die vel anno regis Pith.; die vel era V 10.

35 XII, 3, 15. Codd. E 1. V 1. 5. (6, folio exciso, desunt omnia exceptis ultimis verbis inde a parte p. 446, l. 22). 8. (10. 15. 20). — l. 11. sacramentorum] ita V 1. 5. 8; Iudeorum E 1. V 15. Pith. Mad. debeant] debebunt E 1. Pith. hii] et hi Mad. Iudeis] ita V 1. 5. 8. Pith.; eis E 1. Mad.; his V 10. 15. l. 14. Domini deest Mad. || l. 15. terminos] ita E 1. Pith.; terminum cett. hue] hic V 1. Mad. l. 17. autem] vero E 1. archangelum superbientem] angelum Mad. || l. 18. proiecit] superbum add. 40 Mad. ante eius conspectum] cui V 15. || l. 19. arefecit Pith. montes] facit add. Mad. || l. 20. constituens ei] constituens eique V 8; constituit et ei Mad. || l. 21. gustato V 10. 20. et de] et deest Mad. et catena pr. et vinculo V 10. 20. || l. 23. indignum iuste] ita E 1. V 5; indigne iusteque V 1; indigne V 8; digne iusteque Mad. || l. 24. conservans] cum servans E 1. fine Mad. morituros] ita E 1. V 8. 10. 15; moriturus V 1; moritum Mad. medium] remedium V 5. 8; metam Mad. || l. 25. vel anim.] et anim. Mad. aut vol.] vel vol. V 1. 8; et vol. Mad. || l. 26. archa] ita E 1. V 1; arca Pith. Mad. || l. 27. de eo] deo E 1; omnem Pith.

1) Cf. cum his sacramentorum conditionibus Form. Visig. nr. 39, LL. Form. p. 592, et quae ibi notata sunt n. 1. 2) Nequaquam leguntur in Sacra scriptura; cf. autem Gen. 22, 16; Lev. 19, 12. 3) Job 38, 11. 4) Isai. 66, 1.

**XII, 3, 15.** *Erv.]* populum propagare dignatus est. Qui patriarchas et prophetas elegit et benedixit patriarchis Abrahe, Isaac et Iacob. Per eum, qui sancto Abrahe repromisit, dicens: 'In<sup>1</sup> semine tuo benedicentur omnes gentes', dans ei signum circumcisio[n]is in federe sempiterno. Iuro per eum, qui Sodomam subvertit et uxorem Loth, adspicientem retrorsum, in salis convertit statuam, et per eum, qui luctatus est cum Iacob et tangens nervum eius claudicare eum fecit et dixit: 'Non<sup>2</sup> vocaberis Iacob, sed Israhel'. Iuro et per eum, qui Ioseph liberavit de manu fratrum suorum et eum gratiosum in oculis Pharaonis fecit, ut per eum a fame salvaretur omnis Israhel. Iuro et per eum, qui Moysen de aquis liberavit et ei in rubro in igne apparuit, quique per manum ipsius Moysi decem plagas Egyptiis intulit et populum suum Israheliticum de servitute Egyptia liberavit et per mare rubrum per siccum eos transire fecit, ubi contra naturam fluentis elementi tamquam murus aqua se solidata exhibuit. Iuro per eum, qui Pharaonem et exercitum eius in mari rubro demersit. Iuro per eum, qui per diem in columna nubis populum Israheliticum et per noctem in columna ignis precessit. Iuro per eum, qui Moysi in monte Sinai legem digitis suis in tabulis lapideis scriptam dedit. Iuro per eum, qui ipsum montem Sinai fumigare fecit, vidente populo Israhel. Iuro per eum, qui Aaron sibi primum elegit sacerdotem et eius filios in tabernaculo igne consumpsit, quare ignem alienum ausi fuissent offerre coram Domino. Iuro per eum, qui Dathan et Abiron suo iusto iudicio, ut eos viventes terra absorberet, iussit\*. Iuro per eum, qui amaras aquas admixtione ligni in saporem dulcedinis commutavit. Iuro per eum, qui sitiensi populo Israhelito in Horeb percutiente Moyse virga in petra inmensas aquarum inundationes exhibuit. Iuro per eum, qui XL annos populum Israheliticum in eremo pavit eorumque vestimenta, ne usu adtererentur, integra usquequa servavit. Iuro per eum, qui inrevocabili iusu decrevit, ne quis de Israhelito populo in terram repromotionis intraret, ob hoc scilicet, quare verbis Domini non credidissent, exceptis Iesu Nave et Caleph, quos illue intraturos predixit. Iuro per eum, qui precepit Moysi, ut erectas manus suas contra Amalechitas victor populus Israheliticus existeret. Iuro per eum, qui patres

\*) *Codd. V 1. 5. 8. 10. 15 addunt:* Iuro per eum, qui manna et coturnices in heremo populo Israhelito in escam concessit.

30

**XII, 3, 15. l. 2.** repromisit] promisit *Pith.* Per] Iuro per *Mad.* || l. 3. ei] eis *Mad.* l. 4. per eum] per Deum *hic et saepius infra Mad.* Sodomam] et Gomorram *add. Mad.* || l. 5. et per] Iuro per *Mad.* || l. 6. nervum eius femoris *Mad.* vocaberis] ultra *add. V 1. 8.* || l. 7. et per] et deest *Mad.* || l. 8. a fame salvaretur] salv. ab inopia famis *Mad.*; erueretur a fame *V 10.* et per] et deest *Mad.* || l. 9. aquis] Nil fluvii *add. V 8;* maris rubri *add. V 5.* rubro in igne] ita *V 1. 8. 10;* 35 rubro et igne *V 5;* rubro igne *E 1;* rubro igneo *Pith.*; rubro ignis *Mad.* quique] et *Mad.* manus *V 5. 8. Mad.* || l. 10. Moysi deest *Mad.* Israhel. deest *Pith.* || l. 11. per siccum] siccis pedibus *Mad.* || l. 12. murum *V 8.* aqua se solidata exhibuit] aquam desolidatam exhibuit *V 5;* aque soliditatem exhibuit *V 10;* solidatum exhibuit *V 8;* aqua ab eo solidata stetit *Mad.* || l. 13. dimersit *E 1.* Iuro per eum des. *Mad.* || l. 15. in monte] montem *Pith.* Sinai *E 1;* Sina *V 1;* Syna *V 8.* legem — Sinai des. *E 1. 40 Pith.* tabulas lapideas *V 8.* || l. 16. fumare *Mad.* || l. 17. Israhel] Isrl *E 1;* Israhelito *Mad.* l. 18. quare] quia *Mad.* ignem] ei ignem *E 1;* igne *V 1.* || l. 19. ut eos viventes terra] hiatus terrae viventes *Mad.* || l. 20. admixtione] per admixtionem *V 8;* immixtione *Pith.* soporem *E 1.* || l. 21. Horeb] ita *E 1;* Orephe *V 8;* Oreb cett. || l. 22. virgam *V 8. Pith.* petram *V 8.* exhibuit] produxit *Mad.* l. 23. annis *Pith.* || l. 24. integra conservavit *V 10.* || l. 25. Israh. populo] filiis Israel *Pith.* promissionis *Mad.* || l. 26. quare] quia *Mad.* verbis] verbum *V 1. 8.* exceptus *V 8;* excepto *Mad.* l. 27. predixit] promisit et predixit *Mad.* erectas manus suas] ita *E 1;* erecta manu sua cett. || l. 28. Amalechitas] Amalachitas *V 10;* Malechitas *V 1;* Malachitis *V 8;* maledictos *V 20;* Malacitas *Mad.* || l. 29. heremo] ita *V 1;* eremo cett. || l. 30. esca *V 1.*

1) *Gen. 22, 18; 26, 4.* 2) *Gen. 35, 10.*

50

*Erv.]* nostros per manum Iesu Nave Iordanis fluvium transire iussit, et ut XII lapides XII, 3, 15.  
 de eodem fluvio in testimonium tollerentur, instituit. Iuro per eum, qui omni Israheli,  
 ut transito eodem Iordanis fluvio lapideis cultris circumcideretur, precepit, et per  
 eum, qui muros Hiericho civitatis subvertit. Iuro per eum, qui David regni gloria  
 5 decoravit et de manu Saul vel filii sui Absalonis eum eripuit. Iuro per eum, qui ad  
 orationem Salomonis nebula templum replevit et suam inibi benedictionem infudit.  
 Iuro per eum, qui Heliam prophetam per turbinem in currum igneum a terra  
 sublevans celorum sedibus intulit. Et per eum, qui ad orationem Helisei percuesso  
 pallio Helie aquas Iordanis divisit. Iuro per eum, qui omnes suos prophetas suo  
 10 sancto Spiritu replevit et qui Danihelem a ravidis et inmanissimis leonibus liberavit.  
 Iuro per eum, qui tres pueros in camino ignis ardantis sub oculis regis infesti con-  
 servare dignatus est, 'qui<sup>1</sup> tenet clavem David et claudit, quod nemo aperit, et aperit,  
 quod nemo claudit'. Iuro per eum, qui omnia mirabilia et virtutes et signa in  
 populo Israhelitico vel in aliis gentibus fecit. Iuro et per sacra decem legis precepta.  
 15 Iuro et per Iesum Christum, filium Dei patris, sanctumque Spiritum, qui est in Trini-  
 tate unus et verus Deus, et sanctam resurrectionem Domini nostri Iesu Christi eius-  
 que ad celos adscensionem et gloriosum ac terribilem eius adventum, in quo venturus  
 est iudicare vivos et mortuos, mitis apparens iustis, terribilis autem iniquis; atque  
 eius venerandum corpus et pretiosum eius sanguinem, qui cecorum oculos aperuit,  
 20 surdos audire fecit, paraliticos ad sua membra reduxit. Qui linguas mutorum resolvit,  
 demonio vexatos sanavit, claudos currere fecit et mortuos suscitavit. Qui super  
 aquas pedibus ambulavit et Lazarum morte resolutum, cum iam in putredine se caro  
 solvisset, vite ac saluti restituit et in gaudium lamentum mutavit. Qui est factor  
 seculi, lucis principium, salutis auctor. Qui mundum ortu suo inluminavit, passione  
 25 sua redemit. Qui solus inter mortuos liber fuit et a morte teneri non potuit. Qui  
 tartarea claustra comminuit et de inferno beatorum animas potentie sue maiestate  
 eripuit. Qui devicta morte carnem, quam a terris assumpsit, in celum post mundi  
 victoriam deportavit, sedens ad dexteram Dei patris omnipotentis, accipiens ab eo  
 eterni regni potestatem. Iuro etiam et per omnes celestes virtutes omniumque  
 30 sanctorum et apostolorum reliquias, sive et per sancta quattuor evangelia, que  
 superpositis his conditionibus in sacrosancto altario sancti illius, quod manibus meis  
 contineo vel contingo: quia omnia, quecumque in professione mea renotanda curavi

XII, 3, 15. *l. 2. instituit]* constituit V 5. 8. 10. 15. Mad. || *l. 3. eodem Iordanis fluvio]* Iordane  
*Pith.* circumciderentur *Pith.* et per] Iuro per Mad. || *l. 4. Iherico* V 1. regni] regem V 20. gloriam  
 35 *Pith.* || *l. 6. inibi]* ibidem Mad. infudit] fudit Mad. || *l. 7. a terra]* e terra Mad. || *l. 8. sublevans]*  
 sublevavit E 1. V 8; sublevavit et *Pith.* celorum] gloriae Mad. ad] per V 1. || *l. 9. Iuro per eum,*  
 qui omnes — leonibus liberavit des. Mad. || *l. 10. Danielem* V 5; Danielum V 8. rapidis V 5. 8.  
*l. 12. quod nemo aperit* et nemo a. E 1. || *l. 13. virtutis* E 1. || *l. 14. Iuro et]* Iuro per eum et  
 Mad. sacra decem] sacra X verba V 1; sacra verba V 8. || *l. 15. patris]* omnipotentis add. Mad.  
 40 Spiritum] Paraclitum add. Mad. || *l. 16. sanctam deest* *Pith.* || *l. 17. terribile* E 1. || *l. 18. mitis]*  
 et mittis V 1. 8. || *l. 19. eius sang.]* eius deest Mad. || *l. 20. surdos]* sordos E 1. || *l. 21. duemone*  
 V 15. || *l. 22. in putr.]* in deest *Pith.* putridinem E 1. || *l. 23. vite ac saluti]* viventem eum saluti  
 Mad. qui] et V 1. || *l. 26. potentie]* praesentiae Mad. || *l. 27. a terris]* de terris *Pith.* Mad. et in celum  
 V 1; in celo V 8. || *l. 28. deportavit — potestatem]* reportavit, sedet accipiens ab eo eterne glorie  
 45 maiestatem V 10. || *l. 29. etiam]* et Mad. omniumque] et per omnium *Pith.* || *l. 30. et apostolorum*  
 reliquias] apostolorum, prophetarum et patriarcharum et reliquias omnium sanctorum V 1. 5. 8. per]  
 haec V 1. sancta deest E 1. || *l. 31. superpositis]* subterpositis Mad.; subterposita V 10. sancti illius]  
 ita V 8; illius V 1; sancto illo E 1; illo *Pith.*; sacri illius nominis Mad. manibus meis] piis manibus  
 V 1; manibus Mad. || *l. 32. contingo]* contango V 1. 8. quecumque] ita E 1. *Pith.*; queque V 8;  
 50 que cett.

1) Apocal. 3, 7.

**XII, 3, 15. Erv.]** vel collegere potui, quam tibi domino meo illi, illius sedis episcopo, manu mea subscriptam dedi, sinceriter totam inibi dixi, et sub nullo argumento vel fraude ea, que in ipsa professione comprehensa sunt, protuli; sed omni sinceritate, sicut eadem professio continet, et omnes ritus vel observationes abinceps Iudaicas abnegavi et omni cordis mei intentione in sanctam Trinitatem crediturus sum et numquam in 5 nullo ad pristini erroris mei vomitum redditurus sum aut consortio inpietatis Iudaice sociatus; sed in his omnibus et per omnia christiano deinceps more vivens et christianorum participium habiturus sum, et quicquid in eadem professione, quam de sancte fidei observatione conscripsi, comprehensum esse dinoscitur, omni fidei puritate custodiam, qualiter iuxta apostolicam traditionem vel sacri simboli regulam deinceps 10 vivere debeam. Quod si in quocumque aborbitans, aut sanctam fidem maculavero, aut ritus Iudaice secte in quocumque observare intendero, seu si vos in quocumque per huius iuramenti mei promissionem inlusero, vel sub specie cuiuslibet iuramenti ea, que promisi, non ea intentione perfecero, sicut a vobis me profitente audita vel intellecta sunt: veniant super me omnes maledictiones legis, que in contemptores 15 mandatorum Dei ore Domini promulgatae sunt; veniant etiam super me et super domum meam et filios meos omnes plage Egypti et percussions eius, et ad terrorem ceterorum ita iudicium Dathan et Abiron super me veniat, ut viventem me terra deglutiat, siveque, postquam hac caruero vita, sim eternis ignibus mancipandus, sim diabolo vel suis angelis sociandus, sim habitatoribus Sodome et Iude particeps in 20 penali suppicio conburendus, et dum ante tribunal metuendi et gloriosi iudicis Domini nostri Iesu Christi pervenero, in ea parte adnumerarer, quibus idem terribilis et gloriosus iudex minando dicturus est dicens: 'Discedite<sup>1</sup> a me maledicti in ignem eternum, qui preparatus est diabolo et angelis eius'.

Late conditions sub die\*.

25

\*) V 1. 5. 17: die illo, anno illo, rege illo; V 6: sub die V. nonas Mai. anno XXII<sup>0</sup> Karolo regem post obitum Otoni<sup>2</sup>; V 19: die nonarum Aprilis; Mad.: die vel aera.

XII, 3, 15. l. 1. collegere] ita E 1; colligere cett. meo deest Mad. illij illo V 1. 8. Mad. l. 2. subscriptam] subscripta vel suscepta (susceptam V 8) V 1. 8. sinceriter] sinceritate Mad. totam inibi] ita E 1. Pith.; tota in ibidem V 8; tota ibidem cett. || l. 3. ipsa deest Pith. eadem] eiusdem V 1. || l. 4. et omnes — abnego] omnes ritus Iudaicae observationis abinceps abnego Mad. Iudaicas] Iudeas Pith. et cum omni Mad. || l. 5. omnem — intentionem V 1. crediturus sum — redditurus sum aut] credo et credens perpetuum in ea permanere meipsum spondeo et numquam Mad. consortio] consensio V 8; consensu(?) V 10. || l. 6. inpietatis Iudaice] Iudaici erroris Pith. || l. 7. sociatus] sociatus ero Mad.; sociandus Pith. his deest V 1. Mad. || l. 8. christianorum participium] christianorum partibus V 8; christiana mancipia V 10. habitaturus et habiturus V 8. || l. 9. comprehensum esse dinoscitur] vel comprehensus (-su V 5) esse d. V 5. 8; des. Mad. || l. 11. debeam] debeant E 1; modis omnibus adimpleam add. V 8. quocumque] aliquo Pith. aut sanctam f.] ut sanctam f. E 1; huius sancte fidei V 8. || l. 12. ritus Iudaice secte] ritus Iudaici sectam E 1. V 20. secte] adero aut add. V 5. in quocumque] in quacumque E 1; quamecumque V 20. observationi 40 observari V 8. intendero] intendere E 1; contendero V 10. si vos] cibos V 1. 8; vos Mad. || l. 13. promissionem] professionem Mad. iuramento ea E 1. || l. 14. perfecero] perficere E 1. audita] credita Mad. || l. 15. venient E 1. contemptores] contemptatoribus E 1; contemptoribus V 8. || l. 16. venient E 1. || l. 17. et super filios V 1. 8. || l. 18. ita] ita ut V 15. Dathan] ita E 1; Datañ cett. me deest E 1. || l. 19. postquam] post E 1. hanc V 8. vitam V 1. 8. sim eternis] sim deest Pith. sim — 45 mancipandus] me aeternus ignis mancipandum Mad. sim diabulo — sociandus] des. E 1; cum diabulo et suis angelis sociandus suscipiat Mad. || l. 20. sim] et cum Mad. Inde] Gomorrae Mad. || l. 21. poenale supplicium Mad. conburendus] tradar add. Mad. et dum] ut dum E 1. V 8. 10. Pith. Domini principis domini Mad. || l. 22. adnumerarer] adnumeratus V 5; adglomerer V 10. idem deest Mad. l. 23. dicturus] iudicaturus Mad. dicens] dicente E 1; deest V 10. 15. Pith. || l. 25. Late] Datae Mad.; 50 Late et reliqua des. V 8. sub deest Mad. || l. 26. nonas] nns V 6. || l. 27. Karolo] krlo V 6.

1) Matth. 35, 41. 2) De hoc tempore v. codicis V 6 descriptionem in praefatione.

*Erv.]*

## XVI. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

XII, 3, 16.

De christianis mancipiis Iudeorum, que se non prodiderunt christiana,  
sive de publicatoribus eorum.

Hebreorum mancipia religionis sancte titulo consecrata, si dominorum suorum  
5 qualibet persuasione inlecta abinceps nullo modo se fuisse prodiderint christiana,  
qualiter sub eorum dominorum suorum iugo persistant, tunc, quia indulte libertatis  
gratiam respuerunt, cui a principe collati fuerint, perpetua servitutis religati catena  
modis omnibus tenebuntur. Hii tamen, per quos hoc fuerit manifeste detectum, si  
et ipse Iudeus fuerit et eiuslibet Iudei servus extiterit, conversus ad Christi fidem  
10 in libertate persistat. Sin autem quislibet ex christianis hoc prodiderit factum,  
v solidos per unumquodque mancipium christianum accipiet, ab eo scilicet, qui eos  
apud se post data hec decreta convictus fuerit tenuisse.

*Erv.]*

## XVII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

XII, 3, 17.

Ne Iudei a quolibet potestate accepta extra regiam ordinationem  
15 christianum quemque imperare, plectere vel distingere audeant.

Nullus Iudeorum a primo anno regni nostri, id est a die quinto iduum Ianuariarum<sup>1</sup>, ullam administrandi, imperandi, distingendi, coercendi vel plectendi curam  
vel potestatem super christianos exerceat, excepto si princeps aliqua utilitatis publice  
id fieri permiserit causa. Si quis autem Iudeorum, accepta a quolibet potestate,  
20 christianum quemcumque distingere, plectere, coercere vel in eum deseire pre-  
sumpscerit aut quidquam ei contra legum vetita aut excogitata, que in lege non  
sunt, inferre temptaverit, aut medietatem rerum suarum fisco sociandam amittat, aut  
si nullis fultus fuerit rebus, centum decalvatus flagella suscipiat. Illi tamen, qui  
25 hanc eis potestatem super christianos exercere permiserint, si nobilis qui hoc fecerit  
persona extiterit, decem libras auri fisco coactus exsolvat, minime tamen vilioresque  
personae quinque libras auri fisco persolvendas amittant. Quod si non habuerint,  
unde conponant, centenis decalvati flagellis subiaceant.

XII, 3, 16. *Codd. E 1. V 1. 5. (6. 10). — l. 1. GLOR. deest V 1. 6. 10. || l. 2. prodiderunt  
E 1; prodiderint esse Mad. || l. 4. si dom.] et dom. Mad. || l. 5. abinceps] ab hoc tempore et  
30 deinceps si Mad. se deest E 1. || l. 6. eorum] Hebreorum V 1. suorum deest Mad. persistunt Pith.  
tunc quia] ita V 1. Mad.; tunc qui E 1; tunc V 5; taliter Pith. || l. 7. gratiam — servitutis des. E 1.  
Pith. gratie V 1. respuerint Mad. collati V 1; collata Mad. religati] ita E 1. V 1. Pith.; religata  
Mad. || l. 8. teneantur V 1. 5. manifeste] deest V 10; manifestissime Mad. detectum] decretum Pith.  
l. 9. ipse Iudeus — conversus] ipsi eiuslibet iudei servi sint conversi Mad. || l. 10. persistant Mad.  
35 quilibet Pith. Mad. ex christ.] christianus Mad. || l. 11. per — christianum] pro unoquoque mancipio  
christiano Mad. eo scilicet qui eos] eo qui ea Mad. || l. 12. data hec decreta — tenuisse] datam et  
decretam — tenuisse ordinationem Mad.*

XII, 3, 17. *Codd. E 1. V 1. 5. (6). 8. (10). — l. 13. GLOR. deest V 1. 6. 10. || l. 15. quem-  
que] quemquam Mad. || l. 16. Nullus] Nulli V 1. 8. a primo — Ianuariarum des. Mad. die quinto]  
40 V 1; quinto V 8. id. Ian.] idus Ianuarii V 1. 8. || l. 17. ullam] nullus V 1. 8. imperandi] et im-  
perandi vel Mad. coercendi vel plectendi des. V 1. 5. 8. 10. Mad. || l. 18. aliqua ut. publ. id fieri]  
id fieri publica Mad. || l. 20. coercere] exercere add. V 1. 8. deseire] deservire V 1. 8. || l. 22. non  
sunt inserta Mad. || l. 23. Illi] Ille V 1. 8. || l. 24. permiserint] permiserit V 1. 8; praesumpserint  
Mad. qui hoc fecerit] tamen V 1. 8; des. V 10. || l. 25. fisco] principi Mad. minime tamen] minimas  
45 vero V 1; minimi vero V 8; si tamen minimae Mad. || l. 26. personas V 1. fisco pers. amittant] principi coacti exsolvant Mad. || l. 27. decalvati] decalvatus V 1; deest Mad. subiaceant] et decal-  
vationem suscipiant add. Mad.*

1) D. 9. Ian. a. p. Chr. 681.

